

1.  
17  
1.  
17  
1.  
2.  
3.  
X.  
17  
1.




16

*Handwritten title: Dissertation de Pacto Inter Gentes*

1779, 4

DISSERTATIO JURIDICA  
DE  
MODIS TOLLENDI PACTA INTER GENTES.



QVAM  
ANNVENTE

ACADEMIAE MILITARIS  
STATORE AC PROTECTORE SVMMO,  
SERENISSIMO ATQVE POTENTISSIMO  
DVCE AC DOMINO

*P. 167.*

6

DOMINO  
C A R O L O

DVCE WIRTEMBERGIAE ET TECCIAE  
REGNANTE, rel. rel.



Die X. Dec. Anno MDCCLXXIX.

IN ACADEMIA MILITARI  
PVBLICE DEFENDET  
AVCTOR

CAROLVS EBERHARDVS WAECHTER,  
ordinis Academici minoris Eques.



STVTTGARDIAE,  
LITTERIS ERHARDIANIS.





SERENISSIMO ET POTENTISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO

DOMINO  
CAROLO

DVCI WIRTEMBERGLÆ ET TECCLÆ

REGNANTI,

COMITI IN MOEMPELGART

DYNASTÆ IN HAIDENHEIM ET JVSTINGEN

rel. rel. rel.

DOMINO, NVTRITIO, EDVCATORI

SVO LONGE CLEMENTISSIMO

PRIMITIAS HASCE STVDIORVM SVBMISSIME OFFERT

A V C T O R.



SERRIUSIMO ET POTISSIMO

PERICLI AD DOMINO

DOMINO

ROTO

DVW WITTEBERG ET ALIA

REMANA

COMITIS PALATINI

FRANCIE RHEGNI

IN ANNO

MDCCCXXXIII

SCIENTIUM

FRANCIE RHEGNI



Dux Serenissime atque Potentissime!  
Princeps ac Pater Clementissime!

Quo dulcius est juveni, Imperanti eidem-  
que Nutritio suo adolescentiæ tem-  
poris rationes reddere: eo magis gaudeo,  
**TIBI, PRINCEPS CLEMENTISSIME,**  
litterarum tum fautori tum æstimatori acu-  
tissimo exiguum hoc profectuum in scien-  
tiis, quibus **TE** duce operam dare mihi  
contigit, specimen humillime offerre. Quid  
enim præteritorum cum præsentibus colla-  
tione potest esse jucundius, quid optatius,  
quam studiorum curricula memoria percur-  
rere, morum progressum & ingenii incre-  
men-

Principis ac Patris Clementissimi  
Dux Serenissime atque Potentissime

menta contemplari, gratoque animo EUM amplecti, cujus hæc omnia beneficiis debemus, cujus indefessa cura ad altiora in dies provehimur.

Quantum quidem mens mea præteriti temporis spatium potest respicere, quo dulces CAROLINÆ hujus fructus percipere mihi contigit, video TE mihi principem in studiorum meorum ratione, nec quicquam est, quod jure TUO TIBI nequeas vindicare. Sive enim vitæ instituendæ præcepta considerem, sive litterarum humaniorum & jurisprudentiæ studium menti proponam, sive ipsius hujus tractationis, quam IPSE deligere dignatus es, rationem respiciam, ubique beneficia CLEMENTISSIMI PATRIS adparent, tum in adornan-  
dis



dis ad effingendum animum ingeniumque  
excolendum institutis celeberrimis, tum in  
excitanda præmiis, præceptorum exquisitif-  
simorum auxilio adjuvanda, & insigni libe-  
ralitate remuneranda industria. Quæ cun-  
cta nisi animum & lætitia & grata recorda-  
tione perfunderent, tantis TUIS in me be-  
neficiis ipse mihi indignissimus viderer. Ad  
ipsum qualecunque hoc specimen quod at-  
tinet, multa sane & temporis spatium, quod  
juris studio in militari hac, quam paterno  
amore amplecteris, ACADEMIA impen-  
di, & illustris CAROLINÆ hujus in edu-  
candis erudiendisque adolescentibus præstan-  
tia, exteris quoque celebratissima, à me exi-  
gerent. Cum vero juris ambitum vastissi-  
mum, materiam hætenus propemodum in-  
cultam,

cultam, cum difficultatem, quæ primum scri-  
benti obvenit, perpendo, fractus animus  
spe dulci erigitur, fore, ut defectibus fre-  
quenter forsan in eo obviis, indulgeat PRIN-  
CEPS CLEMENTISSIMUS, cujus in-  
signis est tam in remunerando sapientia,  
quam in judicando indulgentia, quem hu-  
manitati, scientiis, civibus, juventuti per  
secula vivere exoptat patria, exoptat CA-  
ROLINA, exoptat

SERENISSIME DVX

DOMINE AC PATER CLEMENTISSIME  
TVVS

humillimus atque devotissimus alumnus  
CAROLUS, EBERHARDVS WÆCHTER.



## Conspectus.

### De modis tollendi pacta.

A. PARS GENERALIS, sistens principia generalia de modis quibusvis pactis communibus, quorum duplex genus spectamus.

I. *Alterum* pactorum effectus, exorta scilicet ex illis jura, nulla pactorum ipsorum ratione habita extinguit, (§. 1-5.) quod fit,

1. voluntate domini. (§. 6-9.)

2. citra ejus voluntatem,

a. cum id, quod *notionem* juris pactitii ingreditur, mutationem subit. Consideranda autem sunt in jure pactitio. (§. 11.)

a. *Personæ contrahentes*, in quibus, cum gentem supponamus, mutatio triplex intelligitur, (§. 12.)

a. in imperante, quo mutato successioni locus est, quæ vel aa. quæta est, & ab omnibus agnita, (§. 13.) ac duplici modo fit,

aa. sine beneficio antecessoris. (§. 14-17.)

bb. Ejusdem beneficio (§. 18.)

bb. controversa est, (§. 19.)

b. in forma regiminis. (§. 20.)

c. In ipso gentis corpore, civiumque inter se nexu, qui vel

aa. plane dissolvitur, (§. 21.) vel

bb. tantum diminuitur, avulsione, (§. 22.) divisione, (§. 23.) vel

cc. ei aliquid adjicitur, unione, incorporatione. (§. 24.)

)

β. Ob-



- g.* *Obiectum juris*, in quo mutatio contingit, si præstatio vel
- a.* promittentis vires excedit, vel (§. 25.)
  - b.* contra officium impingit,
    - aa.* erga bonum publicum, tranquillitatem Europæ, (§. 26.) æquilibrium (§. 27.)
    - bb.* erga se ipsūm. (§. 28. 29.)
    - cc.* erga extraneos.
      - αα.* Natura debitum, (§. 30.) vel
      - ββ.* pacto. (§. 31.) Speciatim quoad fœdera defensiva. (§. 32.)
        - 1.* Si fœdera diversa collidunt, & vel
          - a.* fœderati plures sibi invicem bellum faciunt, (§. 33 - 35.) vel
          - β.* pluribus simul succurrere promittentis vires excedit. (§. 36.)
        - 2.* Si obligationes unius fœderis collidunt (§. 37.)
- γ.* *ratio legalis*, qua jus pactitium valorem suum & accipit & conservat. (§. 38.) Cessat autem illa, si juri cuidam præscriptio immemorialis obstat, cujus recensentur
  - a.* fundamentum & requisita (§. 39-42.)
  - b.* interruptio. (§. 43.)
- b.* Cum ob *illatam injuriam* lædentis jura infringere licet, (§. 44.) quod fit
  - a.* si læsio connexitatem cum jure concessō habet,
    - a.* per abusum juris (§. 45.)
    - b.* per læsionem obligationis reciproçæ, quæ
      - aa.* quando existat, disquiritur (§. 46. 47.)
      - bb.* quid existente ea permissum sit, definitur. (§. 48.)
  - β.* Si læsio cum jure concessō connexa non est, ubi
    - a.* de repressaliis agitur, (§. 49.) cujus
      - aa.* requisita enumerantur (§. 50. 51.)
      - bb.* extensio ac limites determinantur (§. 52.)
    - b.* de bello, ubi

*aa. ex-*



- aa. extranea removentur (§. 53.)
- bb. quæstio ipsa in duas partes dissecitur,
  - aaa. quatenus pacta durante bello suspendantur (§. 54. 55.)
  - ββ. quatenus restituta pace renovatione indigeant (§. 56-58.)

II. *Alterum genus* pactum ipsum, tanquam modum constituendi jura pactitia, dissolvit, (§. 59.) quæ fit

- I. cum partium consensus ad statum rerum mutatum se non extendit, ubi, præmissis doctorum controversiis (§. 60.)
  - a. quando facies rerum mutata in voluntate pacifcentium mutationem efficiat, disquiritur. (§. 61. 62.)
  - b. quid in ea immutent, declaratur (§. 63. 64. 65.)
- 2. cum ab initio jam consensui certus finis præscribitur, &
  - a. eventus vel certus vel incertus adjicitur. (§. 66.)
  - b. rescissio pacti arbitrio contrahentis relinquitur. (§. 67.)
  - c. conventio curriculo temporis includitur. (§. 68.)
  - d. modi jure gentium introducti nominatim exprimuntur, determinantur, removentur. (§. 69. 70.)
- 3. Cum posterior consensus priori derogat, (§. 71.) & vel
  - a. id, quod in obligatione est, (§. 72.) vel
  - b. contrahentes mutantur. (§. 73.)

B. PARS SPECIALIS, de modis tollendi pacta, certo eorundem generi propriis, quorum præcipua tantum recensentur (§. 74.)

I. principalia.

- I. Quæ inter amicos contrahuntur, & quidem
  - a. de juribus contrahentium erga rem extraneam vel tertium disponunt v. c. Renuntiationes. (§. 75.)
  - b. De juribus inter contrahentes erga se invicem obtinendis faciunt, cujus generis pacta, vel
    - α. uno actu complentur, & solutione tolluntur, (§. 76.) vel
    - β. repetitas continuasve præstationes continent, (§. 77.) qualia sunt
      - α. tractatus pacis. (§. 78.)


) ( 2

b. Nen-



- b.* Neutralitatis. (§. 79.)
- c.* Foederum, quorum tollendorum modi, è natura societatis enati,
- aa. de regula sunt:
- aa. arbitrium socii, adstrictum ad certum renuntiandi foederis ordinem. (§. 80.)
1. Quoad societates belli. (§. 81. 82.)
2. Quoad ceteras (§. 83.)
- ββ. mors foederati. (§. 84.)
- bb. exceptiones recensentur. (§. 85.)
- d.* Auxilii (§. 86.)
- e.* commerciorum (§. 87.)
- f.* monetariae rei. (§. 88.)
- g.* Repaguli (Barrière). (§. 89.)
2. Quae inter belligerantes fanciuntur. (§. 90.)
- II.** Accessoria pactorum,
1. iuramenta. (§. 91.)
2. Oppignorationes. (§. 92. 93.)
3. Contractus obsidum. (§. 94.)
4. Garantiae. (§. 95.)





§. I.

**A**bundat seculum, quo vivimus, tractatibus pacis, fœderibus, commerciorum, auxilii, neutralitatis, cessionum contractibus aliisque omnis generis pactis inter gentes Europæ præsertim initis, quorum multis vix lucem aspicere contigit, plura se ipsa invicem detruferunt, pauca ad nostra usque tempora vitam traxerunt. Singula quo jure interierint, perstringere nimis longum, difficillimum, temerarium arbitror. Quid vero de tollendis gentium pactis jus naturale, quid gentium Europæ consuetudines statuant, generatim perquirere sufficiat.

§. 2.

Pacta gentium dico ea, quæ gentes earumque imperantes, quive gentium jure utuntur, inter se contrahunt. Nec excluduntur proinde, qui, quamvis membra sint alius reipublicæ, peculiari hac, eaque splendida omnino, prærogativa ex observantia

A gen-



gentiumque Europæarum consensu gaudent, ex quibus Imperii Ordines majoresque Italiæ proceres nominasse sufficiat. Accedunt majores commerciorum societates, quibusdam certe capitibus eodem jure fruentes.

§. 3.

Pacta vel plane tolluntur, vel suspenduntur tantum ad tempus. Utrumque, cum fundamentis sæpe iisdem nitatur, eosdemque propemodum effectus in jure producat, tractandum una videtur, pactorumque suspensio, quæ tempore solo diversa est, cum plena eorum cessatione jungenda.

§. 4.

Modorum autem, quibus tolluntur pacta, communes alii sunt conventionibus omnibus, alii singulari earum classi proprii. Quapropter hunc ordinem secutus tractatione in duas partes divisa, generalia primum de modis rescindendi pacta principia sistam, subjunctis altera parte, quæ mentem subierant, de dissolvendis singulis conventionum speciebus, nonnullis observationibus.

PARS I.

*Principia generalia de modis tollendi pacta sistens.*

§. 5.

Quemadmodum omnis vis ita comparata est, ut duplicem interitum admittat, alterum, cum ipsa res, quæ vi instructa est, extinguitur, alterum, cum ejus effectus externa quadam causa perimitur: ita & cum in jure versemur, pactorum valor ratione duplici enervatur. Aut enim pactum, quæ modus constitutendi jura, qui partium consensu absolvitur, in sua radice rescinditur, aut orta ex pacto jura, separata originis suæ notione, ex causa extinguendis juribus naturali vel gentium lege sigillatim desti-





destinata, intereunt. Separemus duo hæc genera, factisque sectionibus binis, de singulis speciatim dicamus, posterius tamen, cum ordinis ratio id postulet, priori præferamus.

## SECTIO I.

*De modis, quibus pactitia jura in se spectata tolluntur.*

## §. 6.

Amittuntur jura pactitia, si a notione pacti discesserim, uti alia omnia vel voluntate domini vel citra ejus voluntatem. De priori, quod renuntiatione fit, hoc loco, de posteriori deinde dicemus.

## §. 7.

Renuntiatione ut sit legitima, persona renuntiandi capax, modus renuntiandi legitimus requiritur. De priori differere superfluum judico. Posterius quod attinet, voluntatem & declarari ei, cujus interest, & ab eodem acceptari oportet. Cum nempe, qui juri renuntiat, ad desistendum ab usu ejus futuro se obliget, renuntiationem inter obligatorios actus referre nemo cunctabitur. Voluntas autem mente retenta, voluntas alii, cujus non interest, declarata, declaratio non acceptata non obligat. Nec proinde renuntiandi actum sine mentis declaratione, ei, cujus interest, facta, & ab eodem acceptata, subsistere validum credimus.

## §. 8.

Declarat voluntatem, qui signis communi hominum vel certe contrahentium consensu ad mentem manifestandam destinatis utitur. Signis autem ad declarandam mentem idoneis præfertim verba annumeranda esse, tam scripta, quam ore prolata, quivis perspiciet. Nec facta excludo, communi scilicet Europæ gentium usu ad certum obligationum genus constituendum peculiariter recepta,

A 2

vel



vel declarationis verbalis ad illa, quæ necessario ei insunt, extensionem. Sic suscepta mediatio auxilii mittendi remissionem, a) garantia de jure promissa renuntiationem ejusdem a promittente factam, b) foedus cum subditis in initum manumissionem eo-

a) cf. LAMB. VIII. 797. ubi Sueciæ rex neglectæ Magnæ Britanniæ Belgarumque mediationis exprobrationem sequenti modo declinare a se studet: „que la Suède ne „ l'avoit point agréé dans les formes, mais aussi avoit elle accepté leurs bons offices. Elle ne s'étoit bornée à s'expliquer de la sorte, que pour ne pas se départir des traités d'alliance contractés avec la Grande Bretagne & les Etats. Ceux-ci n'admettoient point une médiation, qui supposoit une impartialité. „ Hinc in tractando pacis Ryswicensis negotio mediationi Sueciæ regi oblata solerter addidit Cæsareus minister: „ à condition néanmoins, que si le Roi très chrétien refusoit de consentir à cette déclaration dès le commencement du congrès, alors votre M. s'abstenant sur le champ d'exercer la fonction de médiateur, ne fera nulle difficulté d'exécuter la garantie, & d'envoyer actuellement des troupes auxiliaires. „ Actes de la paix de Ryswick, T. I. p. 123.

b) Celeberrimum exemplum habemus in lite de successione austriacâ inter Viennensem aulam & Baya-

riæ electorem agitata. • Sic in deductione contra Bavarium edita legimus: „ *Es wäre nicht zu vermuthen, daß bey allen diesen Vörgängen (garantia sanctionis prægmatice intelligitur) man eine reservation derer älteren Hausrechten künne — nicht das letztere, weil, da man das in der pragmatifchen Sanction von 1713. der ältern Frau Tochter des letztern Befizers zugedachte vorzügliche Erbsoltsrecht anerkannt, und ihr daselbe zu gewähren sich anheischig gemacht, man ohne offenbahren Widerspruch eben solches vorzügliche Recht nicht zugleich sich und seinem Hause aus ganz andern Verträgen zueignen künne. Hätte man Churbayr. seits geglaubt, ein vorzügliches Erbrecht zu haben, so hätte man davon bey einem so solennen, und alle ältere Rechtsansprüche auf einmal zu Boden werfenden Actu Meldung thun, und mit was maße man die Acceptation und Garantie verstünde, deutlich erklären sollen.* „ Sel. J. P. P. VII. p. 257. neque Baviaricæ scriptor principium in se spectarum negavit, sed distinctione adhibita ejus

eorum a) involvere communis gentium usus testatur. Nec vero quævis facta admitto, & derivanda forte ex illis ratiocinia. Non enim sola voluntas, sed declaratio quoque illius colligatur ex iis necesse est. Excludo igitur actus, quos usus communis ceu signa declaratæ voluntatis nondum agnovit. Quid inde de protestationum omissione, quid

A 3 de

ejus adplicationem declinare voluit. Electorem sc. tanquam maritum, non tanquam principem familiæ Bavaricæ successioni renuntiassè prætendit.

a) In controversia Genuensis reipublicæ cum Galliæ regibus de libertate ventilata, exceptum legitur a prioribus: „s'il restoit encore aux Rois de France quelque droit à prétendre, c'est François I. qui le leur a fait perdre par la renonciation, qu'il fit dans la paix de Madrid, §. 8. au droit de souveraineté sur la republique de Gènes. Si les françois objectent, que ce droit a été réservé de nouveau à François par le traité de suspension fait à Nice, on leur peut répondre, que ce roi non seulement a confirmé ensuite le traité de Madrid par celui de Cambridge, mais qu'il a même admis les Genoïs dans ce dernier comme ses amis. „ Addatur lis de iuribus imperii in Venetos. Rousset Interêts présens, T. I. P. I. p. 104. réponse des Vénitiens nr. IX. „que plusieurs Empereurs ont traité Vénise de république, & ont donné aux Doges le titre d'amis de l'Em-

pire. p. 106. Replique de l'Empire: qu'il étoit vrai, que les Empereurs ont fait des traités d'alliance avec la republique de Venise, mais que ce n'étoit que dans les affaires, qui les regardoient en particulier, mais jamais au nom & de la part de l'Empire. „ Brema urbs cum de immedietate cum archiepiscopo suo ejusque successoribus Sueciæ regibus decertaret, inter alia protulit: „qu'elle avoit contracté des traités & des alliances tant avec l'archevêque, qu'avec d'autres états du corps germanique. „ Rousset ibid. T. I. P. 2. p. 476. nr. 8. „que le roi Gustave Adolfe — avoit même fait avec elle des traités d'alliance. „ p. 481. nr. 1. cui adjungam, quæ hac de differuit Mably - droit publique de l'Europe. T. III. p. 456. „Il est certain, qu'un prince, qui traite avec une ville ou une province de sa domination comme avec une puissance libre, reconnoît sa souveraineté; cette action équivaloit à la renonciation la plus formelle & la mieux couchée dans les articles d'un traité. „



de præscriptione ex tacito consensu deducenda, a) vel de concessi tituli virtute sentiendum sit, b) facile subducitur.

§. 9.

Jura pacto quæsitâ cum promittentem supponant renuntiatione liberandum, declarationem eam promittenti faciendam & ab eodem acceptandam esse, necessarium arbitror. Traditio instrumenti renuntiationis, insertio ejusdem in fœdera & pacis tractatus, redditio tabularum de jure conscriptorum c) præcipuè huc pertinent.

§. 10.

a) Ita legitur in scripto publico ex parte Borussiae Regis ad defendendam Borussiae regalis occupationem edito: „Da nun diese Krone keine feyerliche Abtretung oder ausdrückliche Entfagung für sich anführen kan, welche doch unter freyen Staaten die einzige rechtmäßige Mittel sind, um den Besitz eines streitigen Lands von einem auf den andern zu bringen. „  
 FABERS N. Eur. Staats-C. T. V. p. 329. Idem sentit autor scripti publici, quod ad deducenda Bavariæ electorum in Austria jura in lucem prodit, „kinne das alleinige von ihnen gehaltene kluge und weißliche Stillschweigen bey des gegenwärtigen Besitzers Präpotenz für keine dereliction, renuntiation oder abdicatio domini proprietatis & jurium angesehen werden, erzeige sich auch manchmalen, daß durch ein kluges und weißliches

„ Stillschweigen große Fürsten und Herrn ihre Rechte wider mächtigere Gegner ungekränkt erhalten müssen. „ Sel. Jur. P. T. VI. p. 377.

b) Consentiant, qui Saxoniae jura in Juliacensem hereditatem defendent: „la constante pratique de l'Empire & même celle de l'Europe demontre assez, que l'attribution d'un titre n'est d'aucune conséquence, surtout dans le cas, où l'une des parties a la possession, quoiqu' à tort, & que l'autre a protesté à l'encontre. „ ROUSSEAU Interêts présens des puissances de l'Europe, T. I. 238.

c) Id, quod plerumque præter expressam renuntiationem promitti vel peti solet. cf. Demandes de l'Empereur delivrées par les Ambass. plénipotentiaires au congrès de Cambray, art. I. ROUSSEAU recueil historique, P. IV. p. 120. Renouvellement du traité d'alliance

entre



## §. 10.

Modos, quibus citra voluntatem domini pactitia jura tolluntur (§. 6.) duplici genere comprehendi existimo, alterum cum id, quod ipsam notionem juris pactitii ingreditur, mutationem subit, alterum, cum res in eum statum incidunt, ubi alieni juris læsio ad avertendas vel reparandas injurias & naturali & positivo gentium jure permiffa est. De singulis sigillatim.

## §. 11.

Priori de genere primo loco dicendum erit. Tria nimirum sunt, sine quibus ne cogitari quidem potest jus pactitium: *Subjectum*, seu *persona*, inter quas mutuo consensu jus illud constitutum est; *Objectum*, de quo præstando inter se convenerunt, & *ratio illa legalis*, qua ipsum jus conventionem quæsitum nititur & conservatur. Quæ quanti ponderis sint in rescindendis juribus consensu plurium constitutis videbimus.

## §. 12.

*Subjectum jurium* cum nostra in quæstione *gentes* præsertim constituent, personæ morales, quarum vita & mors ab unione mem-

---

entre la Russie & la Suede. 1735. „ finances de ce prince ne lui ayant  
 art. Sep. 2. ROUSSET Suite du sup- „ pas permis de remplir avec ex-  
 plement aux Interêts pr. p. 17. Re- „ acitute ses engagements, il passa  
 nuntiationis instrumenti redditione „ une obligation de 40000. écus  
 perfecta exemplum refert MABLY, „ aux Genevois. Ils avoient encore  
 l. c. T. III. p. 444. „ Par un arti- „ cette pièce dans leurs archives en  
 „ cle du traité signé en 1589. on „ 1749. ils l'ont remise à la Fran-  
 „ avoit réglé les subsides, que Hen- „ ce, & n'ont rien exigé des arré-  
 „ ri IV. payeroit à la republique „ rages, qui leur étoient dûs de-  
 „ de Genève pendant qu'elle feroit „ puis le ministère du Cardinal de  
 „ la guerre à la Savoye. L'état des „ Richelieu. „



membrorum inter se & cum imperante pendet, partes, quæ corpus reipublicæ compositum constituunt, earumque in iurium cessationem influxum speciatim disquiram, primum de imperante, deinde de forma imperii, postremo de civibus & corpore gentis tractaturus.

### §. 13.

Imperantis (§. 12.) a regimine remotio successionem involvit, quæ aut *quieta atque agnita* est, aut *inter plures controversa*. De priori *generalis* statuenda videtur *regula*, quod, quotiescunque imperium ad eum devenerit, quem comprehendere pacto *vel noluerunt* partes, *vel jure non potuerunt*, toties pactitium jus successionem valorem suum amittat. Illud autem, de quo primum videbimus, tantum abest, ut præsumatur, ut potius voluntas, contractus initos ad successores transmittendi, quocunque casu adfuisse censeatur, cum quicquid valori pacti contrarium voluisse partes dicantur, ab affirmante probandum sit. Nec facile pactum invenies, quod successorum heredumque mentionem haud faciat, a) quæ usu jam ita invaluit, ut  
in

a) Traité de paix entre S. M. T. Chr. & S. A. R. Monsieur le duc de Savoye 1696. SCHMAUSS. p. 1110. art. 1. „Son Altesse Royale s'engage & promet tant pour lui, que pour ses héritiers, successeurs & ayant cause „ Paix entre Louis XIV. & Charles II. Roy d'Espagne 1697. *ibid.* p. 1114. art. 1. „il y aura bonne, ferme, & durable paix entre le Rois T. Chr. & Cath. leurs enfans nez & à naître, leurs hoirs, successeurs & héritiers-„ Renoncia-

tion de M. le duc de Berry à la couronne d'Espagne, *ibid.* p. 1325. „pour nous & pour nos descendants „ Approbatio tractatus pacis exhibitæ à parte M. Brit. reginæ 1718. p. 1359. „ pro nobis, hæredibus & successoribus nostris. „ Tractatus fœderis, amicitie & commerciorum inter Carolum II. M. Brit. & Carolum XI. regem Sueciæ 1661. p. 2312. „ non, itro nec non successorum nostrorum in Imperio nomine. .. *Artis der Garantie wegen des Herzogthums*

in iis quoque actibus adhibitam eam deprehendamus, qui vel expressis verbis vel certe ipsorum natura contrariam voluntatem demonstrant. a)

## §. 14.

Jus vero succedendi cum vel *sine beneficio* prioris imperantis in successorem transeat, vel *beneficio illius* debeatur; modorum quoque, quæ jura principum pactitia, seu promittentem spectemus seu stipulantem, in succedentes derivantur, diversa natura, diversumque fundamentum intelligitur. *Priori casu* ea tantum jura transmittuntur, quæ gentem ipsam regimenque ejus afficiunt. *Posteriori* vero cum personam defuncti cedentisve repræsentet successor, in omnia etiam illius jura & obligationes eum succedere palam est. Quænam igitur principum pacta gentem ipsam afficiant, primum est, quod determinetur; id quod duplici momento absolvi videtur: alterum ex gubernatione civitatis rem geri; alterum observari limites imperio publico præfixos. Utrumque separatim tractabimus.

## §. 15.

Id quidem omnino certissimum est, conventiones limitum, commerciorum vel fœderum vel pacis tractatus, reinfusiones, feudorum expectativas bene meritis concessas b), omniaque, quæ vel ad promovendam industriam exterosve invitandos ineuntur, vel de detractus vel albinagii juribus transfiguntur, quæ ad justitiam commodius administrandam cum imperante vicino statuuntur, generatim, quæcunque vel regendam repu-

bli-

thums Schleswig von Gros-Britannien an Dänemark ausgehelt. 1720. ibid. 1847. „für sich ihre Erben und Nachfolger.“

a) Conferantur quæ infra de fœderibus differemus.

b) *Struben rechtl. Bedenken*, T. I. p. 269 — 73.



blicam vel sustentanda ejus onera respiciunt, ex administranda republica ab imperante gesta videri. Neque minus in aprico est, ad gentis regimen ratione nulla spectare, quæ antecessor privato nomine expresse contraxit, quibus sibi familiæque succedendi quoddam jus comparavit, rem privatam adauxit, dotem promissam accepit, & quæ sunt ejus generis alia. Dantur vero principum pacta, quæ utrum his an illis annumeranda sint, non tam facile discernitur. Constantur *debita*, naturæ ut plurimum admodum anticipitis, constituitur *vidualitium*, promittitur *dos*, instruuntur postgeniti *apanagiis*. Conceduntur *privilegia*, indulgentur jura, quæ an ex publica re sint gesta, magnopere sæpe dubitatur. Quæ omnia ne plane prætereantur, paucissimis dicam, qui sentiendum de unoquoque videatur. Equidem, quod *debita* primum attinet, persuasum mihi habeo, contracti æris alieni eandem causam esse, quæ impendendorum reddituum est, in sustinendis reipublicæ oneribus consistens. Cumque civium non tantum sit, ad publicam rem regendam, ad exsolvenda ministrorum salaria, ad paranda, quæ publicus usus requirit, ad sustentandum militem subministrare necessaria, sed & imperantem cum familia alere, splendoremque domus & augere pro viribus & conservare, eorum omnium gratia debita jure contrahuntur. a) Quorum quidem judicium, quænam ad publicam salutem, quæ ad decus splendoremque familiæ necessaria sint, quis modus sit in erogando tenendus, quoniam imperanti est

---

a) Consentit CRAMER in Opusc T IV. 392. „licet successor in territorio universalis non supponatur, neque heres mobilis neque allodialis sit, ad ea tamen debita solvenda obligatur, quæ antecessor in casu extremitatis vel honestæ necessitatis non tantum „ intuitu principatus, sed etiam „ personæ suæ familiæque principlis contraxit. Splendor enim „ & dignitas domus istiusmodi debitis conservatur, cujus conservatio versioni in rem æqui pollet, quæ dicta præxi Cameræ Consiliique aulici idem confirmat.



est relinquendum, nec contractum ex causa legitima debitum administrantis factum invalidum fieri potest; in dubio debitum publicum præsumi, & ne versionem quidem probandam esse sponte sequitur. Eodem fundamento nifus, & pacta quoque de *apanagiis*, *dotibus*, *vidualitiis*, rel. successores obligare existimo, id quod & index publici æris alieni à Ludovico XV. Gallorum Rege, in Lotharingia succedente, suscepti a), nec non ea, quæ de apanagiis regionum Poloniæ principum constant, b) quæ in Germaniæ principatibus à successore feudali observantur c), confirmant. *Privilegiorum* denique immunitatumque concessarum duplex fundamentum est; unum ad majora tentanda instigatio; alterum remuneratio rerum bene gestarum. In quibus in dubio quidem imperantis arbitrium sequendum; sin vero neutrum ex dictis motivis concessioni causam fuisse probaveris, revocationem quoque legitimam esse jure contendes.

## §. 16.

Alterum momentum in eo posui, ut limites in contrahendis ab imperante obligationibus observentur, quos leges fundamentales continent, & salus publica exposcit. Etenim sæpissime illas præsertim ratione consilii æris alieni, constituendæ dotis, alienandi domanii, ineundis fœderibus, pacisque formulis rel. imperanti limites ponere, & statuum, quos vocant, haud

B 2

haud

a) cf. ROUSSET Suite du Supplément, p. 39. „les dettes de „ l'état — sont: 4) la dot de S. A. „ R. Madame — „, add. traité entre l'Empereur, l'Empire & le Roi de France, conclu à Vienne, 1738. Convention entre l'Empereur & le Roi de France. 1736. pour la cession &

remise actuelle du duché de Lorraine.

b) Aliud in Imperio Romano Germanico obtinere, docet Perill. PÜTTER in J. J. P. §. 70.

c) MASCOV. de jure feudorum, C. XIII. §. 12. p. 235. G. L. BOEHMER principia J. F. §. 320. p. 223. STRUV. Syntagma J. F. C. 14. §. 17.



haud raro consensum requirere notissimum est. a) Qua in vigente adhuc in regnis Europæ Teutonum libertate angustior b) olim fuit imperantium potestas, quæ sensim sensimque hodiernis certe temporibus plerisque in regnis liberior evasit. c) Quodsi vero

a) Quod fundamentum fuit, cur renuntiatio Mariæ Theresiæ Hispaniarum Infantis, Ludovici XIV. conjugis, descendentes ipsius non obligare diceretur, uti legitur in replica Hispanica post Caroli VI. mortem divulgata. Sel. J. P. T. VIII. p. 142. „Celle (renonciation) de Marie Thérèse n'a point reçu la force de loi, n'étant point insérée entre celles du royaume, ni elle n'a point été approuvée par les Cortes d'Espagne. „

b) Ex quo explicari potest, quod plerique scriptores juris gentium affirmarunt, imperantium pacta ad successores non transire, nisi cum regnis ipsis contracta. BODINUS L. V. de republica C. VI. p. 906. quibus addam illud, quod Angliæ rex Henricus VIII. cum Francisco I. Gallorum rege percusserat, art. 17. „cum articuli præsentis tractatus pacis perpetuæ magni momenti sint, atque ad eum finem conveniantur, ut perpetuis seculis ad eorum inviolabilem observationem reges Gallorum & Angliæ pro tempore existentes obligentur. Ad removendam itaque omnem ambiguitatem materiam, quæ de autori-

tate contrahentium \* (cum princeps in successorem non habeat jus & potestatem, neque susceptæ regni dignitati solus suis pactis præjudicium facere poterit) conventum, quod potentissimi principes prædicti — curabunt & efficiant — ut præsens tractatus modo, ordine & forma in utroque regno — ita confirmetur, notificetur, approbetur, — ut — in vim legis perpetuæ cedat. „ Eodem fundamento niti videtur, quod Reges olim & Imperatores à testibus, regni proceribus, subsignari sua diplomata vellent. cf. Chr. Henr. ECKARD introductio in rem diplomaticam, Sect. III. §. 67. p. 157.

c) Austriæ ordinum, ubi hodie certe fœderum jus in solo principe residet, XV. adhuc seculo mentionem fecit „Ewige Vereinigung und Verständniß zwischen Herzog Sigismund zu Oesterreich und den Schweizern A. 1477. art. 9. und um willen, daß alles desto kräftiger und beständlic her sey, nun und zu ewigen Zeiten, getreulich und ehrbarlich von uns beyden Theilen gehalten werde, so wollen wir, Herzog Sigismund den



vero expressæ sanctiones fundamentales desinat, quid natura regiminis & salus publica requirant, determinatu non æque est facile. Cumque nullo limite posito, solus imperans salutis publicæ sit arbiter, simpliciter ejusdem contractibus standum, damnumque ex iis exortum sibi magis vel fato imputandum, quam fide fracta in stipulantem devolvendum existimo. Idemque in alienatis regni bonis & territoriis reipublicæ avulsis observandum videtur. Natura enim imperii, quod gentis jura omnia in territorium ac bona publica in imperantem transmittit, alienandi quoque juris translationem involvit. Quin licet ponas domanii alienationem ac diminutionem territorii fundamentali lege prohibitam; transigendi tamen de illiquidis juribus a) vel per-

B 3

mu-

den von Oesterreich, Gunst und Willen dazu geben, und unser innhabende Stätt der unsern Landen gülich vermögen, daß sie alles das — bekräftigen, und dem allem nachzukommen, das laut zu sagen. Quod tamen vix ac ne vix, & reservatione prærogativæ imperanti quæsitæ addita a duce Sigismundo impetratum esse sequentia testantur: „doch in all an der Weg uns Herzog Sigmunden und unsern Erben an unsern Fürstl. Obrigkeit ohnvorgreiflich und ohne Schaden.“ SCHMAUSS. C. J. G. P. I. p. III. Ryswicenti in pace tractanda subscriptionem, Imperii R. Germanici Gallorumque regni nomine faciendam, petitam mutuo fuisse, constat ex

Glassey Vernunft- und Völkerrecht, edit. 1723. p. 433. quod vero ex Gallie regis parte omissum esse testatur ipsa instrumenti pacis inspectio. Actes de la paix de Ryswick. T. IV. p. 40.

a) Spectat huc, quod de transactionis, super prætensis Silesiæ principatibus initæ, validitate differit Viennensis Aulæ defensor in courte réponse à la deduction ultérieure. ROUSSEAU Suppl. aux Int. Préf. p. 110. „Il ne se trouve aucun Jurisconsulte, qui voulût soutenir, qu'un prince regnant n'est pas en état, de terminer ces sortes de prétensions, sans qu'il reste la liberté à ses petitsfils & arridres petitsfils, de les remettre sur le tapis, lorsqu'une occasion opportune se présente à eux; ce qui seroit certainement la chose la plus préjudiciable



mutandæ partis facultatem a), feudorum, quæ infeudari solent, reinfeudationem, cessionemve pro civitate servanda in pacis tractatibus faciendam b) denegare principi non poteris.

§. 17.

„ ciable à la maison roiale de Prusse,  
 „ & lui enleveroit l'avantage de pou-  
 „ voir jamais vivre en paix & en  
 „ tranquillité avec aucune puissance  
 „ & état. „

a) Ubique enim, cum ex alle-  
 gata ratione distractæ ditionis aliena-  
 tio rescinditur, adjungitur ratio, quod  
 ea sine æquivalente sufficienti aliena-  
 ta fuerit. cf. *Brandenburgische Be-*  
*antwortung*. S. J. P. T. V. p. 315.  
 „ *Gesetzt auch, daß beyde Verträge*  
 „ *überall ihre Verbindlichkeit hät-*  
 „ *ten, und die Renuntiation beyde*  
 „ *Renuntiantes obligiren könnte, so ist*  
 „ *doch außer allem Streit, daß die*  
 „ *Succeßores nicht daran würden*  
 „ *gebunden seyn, weil Dieselbe*  
 „ *nicht das geringste Äquivalent*  
 „ *davor erhalten, sondern in An-*  
 „ *sehung ihrer die 4. Fürstenthümer*  
 „ *umsonst weggeschenkt haben. „*  
 „ *Ausführung der Rechte S. M. des K.*  
 „ *in Preussen auf Pomerellen, F. N. E.*  
 „ *St. C. T. V. p. 312. 3. „ sind die Chur-*  
 „ *fürsten von Brandenburg aus dem*  
 „ *Hohenzollerschen Haus, welche*  
 „ *Succeßores particulares und nicht*  
 „ *Universal-Erben aus dem Spani-*  
 „ *schen Haus sind, folglich sich nicht*  
 „ *verbunden erachten, alle und jede*  
 „ *von den letztern eingegangene Ver-*

„ *bindungen zu erfüllen, wohl be-*  
 „ *sugt, die alte Rechte an Pomerel-*  
 „ *len, welche dem Churfürstenthum*  
 „ *Brandenburg anliehend sind, und*  
 „ *von demselben ohne ein hinrei-*  
 „ *chendes Äquivalent nicht ver-*  
 „ *äußert werden können, wieder*  
 „ *hervorzufuchen. „* Extrait de la  
 „ réponse, que la cour de Berlin a faite  
 „ à un écrit publié par la cour de  
 „ Vienne. *F. St. C. T. 80. „* On sçait  
 „ aussi, que l'on ne peut *sans néces-*  
 „ *sité & sans un jure de dommage-*  
 „ *ment* ôter à des descendans le  
 „ droit d'hériter d'un bien, qui leur  
 „ appartient par les conventions de  
 „ leur famille & par la disposition  
 „ de ceux, qui l'ont originairement  
 „ acquis. „

b) Successorum consensum in  
 cessionibus ejusmodi modo requisi-  
 tum esse, modo neglectum ex monu-  
 mentis publicis novimus. Requi-  
 situm legimus in cessionibus ab His-  
 panie rege per Monasteriensem pacem  
 factis. cf. *MARLY*, edit. 1748.  
 T. II. p. 205. *Pax Pyrenæa*, art. 61.  
 & in *Dresdensi Tractatu*, cujus aliena-  
 tiones Saxonie elector in regis  
 Borussiae favorem confirmavit. *MAR-*  
*BLX*, ed. 1764. T. III. p. 162. *Traité*  
*de Dresde*. 1745. art. 6.

## §. 17.

Jam, quinam illi sint, qui non nisi in obligationes ipsi genti inhærentes succedunt (§. 14.) brevissimis dicendum. Primo nimirum inter eos referendi sunt, qui *fundamentali quadam lege vel electione* ad succedendum vocantur. Derivant ii successione omnem a populi, cui præsent beneficio, nec quicquam juris defuncto ferunt acceptum. Itaque, exceptis rei publicæ, quam repræsentant, oneribus juribusque, nil plane nec juris, quod antecedens habuit, nec obligationis, quæ ipsum devinxit, in se derivant. a) *Feudales deinde successores*, qui vel ex simultanea investitura, vel expectativæ nomine, vel consolidationis jure in feudo succedunt, ex debitis præcessorum nil nisi feudalia suscipere, ex jure feudali ediscitur. *Denique occupantem quoque in bello* huc loci refero, qui scilicet expugnata civitate imperii habenas suo nomine regendas ad tempus vel in perpetuum arripit. De eo quidem nullum est dubium, quin pacta præcessorum, quæ nec regimen publicum respiciunt, nec gentem ipsam tangunt, ad ipsum non transmittantur, cum suo Marte nec beneficio ullius succedat. Certum præterea est, quod belli jure, quicquid ad hostem pertinet, sive corpore consistat, sive jure solo contineatur, armata manu sibi vindicare liceat. Pactitia itaque jura subactæ genti quæsitæ ad occupantem transmitti luculenter adparet. An vero onera regimini annexa in expugnantem quoque transeant, de eo dubitare possit, qui secum perpenderet, impetantem novum a gente invita suscipi, nec ipsi sed soli sibi acceptum

a) Ita de Francisco II. Gallie rege constat, quod Helvetiis solutionem paterni debiti poscentibus responderit. „Tamen debita paterna solvere non teneamur, cum sceptrum non hereditario jure habeamus. sed regia lege, quæ jam inde us-

„ que à primis Francorum Regibus „ lata, ad mares proximos imperium „ detulit &c. „ Idem est, quo se Henricus VIII. defenderat, cum contra patris promissa Suffolkiæ interesset, paternis gestis stare obligatum se non ratus.

ceptum imperium ferre. At sunt, quæ alia suadent, argumeta & multa & gravia. Jam ipsum illud principium, quod rem cum onere in quemvis possessorem transire enuntiat, imperii onera, adeoque & pacta, quæis gens, quique genti præfunt, tenentur, in quemlibet regentem transire dilucide evincit. a) Personam gentis induens internum quidem civium cum imperante nexum alterare, gentis cum exteris ligamina rescindere non potest. Vides proinde expugnataram urbium regimen hostes ex suo

a) Eodem argumento uti sunt Belgæ fœderati in lite, quam cum Russorum imperatore PETRO I. de vectigali Rigæ percipiendo agitarant. Scilicet Sueciæ Reges sub fidejussione Belgarum mutuati pecuniam, vectigal Rigense ipsis pignori assignarunt. Expugnata Livonia cum Batavi Rigense vectigal dominio Russico cessante, debitique solutionem viderent cessare, primum principales debitores per oratorem adierunt, aliosque redditus solvendis mutuo datis designari postularunt. LAMB. VI. 461. Bellum extremæque regni necessitates solutionem impossibilem reddiderant. Itaque pignus ipsum persequuntur, communem regulam, quod res cum onere transeat, allegantes. LAMB. VIII. 788. & amplius in litteris ad Czarum missis. ibid. VIII. 792. „que les douanes étoient „ d'une manière légi ime engagées „ aux sujets de la république. Que „ la ville de Riga é tant tombée dans „ le pouvoir de S. M. Cz. & par „ conséquent lesdites douanes elles „ n'étoient pas par là déchargées de „ ce, dont on avoit précédemment „ contracté. Ainsi selon tout droit „ passant d'un Seigneur à un autre, „ elles ne pouvoient passer sans les „ charges, qui y étoient attachées: „ le changement arrivé ladessus ne „ pouvoit pas resulter au préjudice „ des sujets des Etats, qui y avoient „ un juste droit, avant, qu'elles „ passassent à S. M. Cz. „ Russi, „ Europæ moribus tunc parum adhuc „ imbuti, solutionem recusant, injustissimum rati, ab ipsis, quæ contra se hosti soluta sint, refundi debere LAMB. I. c. Tandem ventilata per longum tempus lite, forteque quoad magnam partem a Suecis soluta, in fœdere, quod Russi Suecorumque Reges A. 1735. inierant, Livonice possessores suscepto ejusdem alieno tere, regnoque Sueciæ liberato, persolvere debitum promittunt. Renouvellement du traité d'alliance entre la Russie & la Suede. 1735. art. sep. II. ROUSSET suite du Suppl. p. 17.

fuo arbitrio ordinare, officia publica, cui velint, distribuere, ac transferre; redivibus tamen, ad exfolvenda debita publica deftinatis hostiles manus rarissime inferunt. *a)* Sunt, qui salaria defensoribus territorii ante invasionem debita numerare in capitulatione promiserant. *b)* Quibus momentum sat grave addit, quod ex ipsa gentium praxi in obligationibus regimini publico annexis possessio sola spectetur, neglecto juris titulique in succedendo respectu, nec acquifitio itaque ex bello caulam ducens, cur differentiam secum ferat, legitima ratio adpareat. *c)*

## §. 18.

*a)* Testantur id capitulationes cum expugnantibus inite. Capitulatione de Douai art. 18. „que les deniers provenants des imposts de cette ville seront employez au payement des rentes & charges y affectées. Accordé. „ Capitulation de Venlo art. 26. „que les rentes & dettes arriérées de la ville seront payées par ceux de la régence des révenus de la ville. Accordé. „ LAMB. II. 232. Capitulation de la ville de Lille. LAMB. V. 235. art. 22. 25. de Tournai art. 14. Obftare videtur capitulation de Remond art. 28. „que les domaines du haut quartier de ce duché de Gueldre seront & demeureront affectés tant pour ce qui concerne le reste des gages, sportules, que pour les rentes y hypothéquées. „ La ville s'étant rendu, on s'en réserve la disposition. „

*b)* Convention entre S. M. I. & S. M. T. Chr. concernant l'évacuation des places de Lombardie 1707.

LAMB. IV. 396. art. 34. „Monsieur le prince de Vaudemont demande à l'état de Milan le paiement de cinquante mille écus, qui lui sont dûs de ses appointemens comme Gouverneur général du Milanois échûs dès le mois de Sept. 1706. avant que les ennemis y soient entrez. — On accorde à M. le prince la liquidation des comptes pour ce qui concerne ses gages ordinaires & extraordinaires de gouverneur de Milan jusqu'au terme exprimé dans l'article; & au cas qu'il lui en résulte quelques arriérés, M. le prince lui fera faire raison par l'état de Milan. „

*c)* Confer. demandes du Duc de Parme. Rouflet recueil P. IV. p. 135. n. 3. „S. A. S. demande, qu'en exécution de plusieurs decrets portés par les rois Cath. prédécesseurs de Sa. M. J. dans le royaume de Naples, sadite majesté, comme possesseur du dit royaume veuille se charger - de lui faire rendre - la

C



## §. 18.

*Beneficio antecessorum* (§. 14.) succeditur hereditate factaque inter vivos cessione. *Heredum* vero ii tantum huc pertinent, qui beneficio defuncti hereditatem sunt nati, quales sunt descendentes, agnati majorum providentia præteriti, ceterique, quos testamentum vel pactum heredes instituit. Quos omnes ex universali gentium de succedendo doctrina defuncti personam sustinere non unum exemplum evincit. a) Nec proinde, si hisce imperium obtingit, jus ullum vel obligatio sive in gente resideat, sive privatas tantum res imperantis attingat, successione extinguitur. Cumque imperii ratio ea sit, ut universitatis instar & jura & obligationes contineat, singulare quoque id ejusdem *cessio* sibi vindicat, ut licet alias concessa re singula nil neque juris neque oneris, nisi quod rei inhæreat, derivetur in cessionarium, longe alia de principe in cesso territorio succedente, dicenda nobis veniant. Etenim quicquid cedens contraxit, rempublicam gubernandam respiciens, quicquid in se suscepit oneris, seu gentem ipsam conventio afficiat, sive imperantem solum obstringat, id omne cum universitate regiminis in acquirentem transmittitur, qui totam omnino agit cedentis in imperando personam. Itaque cum multa sint, quæ imperans ut obligent gentem vel intra certos limites, vel statuum consilio consentive agat necesse est, quæque si citra fines commissæ potestatis agantur, contrahentem solum adstringunt, civitatem liberam relinquunt: cessionari tamen

„ baronnie de Rocca - suivant la te- „ add. réponse au manifeste de JA-  
 „ neur des dits decrets., ibid. p. 126. „ QUES II. infra § 19. not. b.,  
 „ le sic ou chambre royale de Na- „ a) Unicum allegale sufficit de  
 „ ples étant redevable envers M. le „ rege Borussia, extans in courte ré-  
 „ Duc de Parme de - ducats - liqui- „ ponse à la déduction ultérieure. „ Le  
 „ dez - par ordre du feu roi - S. A. „ Roi de Prusse est outre cela abso-  
 „ S. demande, que S. M. J. comme „ lument obligé & tenu de recon-  
 „ possesseur du royaume de Naples „ noître les faits de son bifiteul & de  
 „ vœuille bien s'obliger de faire fai- „ son aieul; il est devenu héritier uni-  
 „ re le payement deladite somme „ que & universel en toutes choses.,



tamen eam vim inesse existimo, ut omnis generis onera, licet per gentem non transmittantur, ad cessionarium tamen devolvat, qui, quicquid & juris & obligationis inest transmissæ imperii universitati, id omne in se suscipere, cedentemque in omnibus re-præsentare tenetur.

## §. 19.

Quodsi inter plures *de succedendi jure controversia* obtineat, (§. 13.) non unam partium jurium rationem esse arbitror. Etenim *alia* a singulis civibus exercentur, vel subditorum corpus ab imperante distinctum, vel regimen concernunt, quousque in persona principis non residet, a) *alia* successoris personam necessario supponunt, & ab eo vi potestatis publicæ exercentur, quæ itaque, si conceduntur eis ab exteris, agnitionem succedendi juris involvunt. *Illa*, quoniam litem de successione omnino non attingunt, nec genti, quæ eadem semper manet, durante controversia recusari, nec ab ea aliis denegari justitia permittit, hæc contra, quibus accensetur renovatio fœderum, defensio contra aggressorem præstanda, titularum & dignitatis concessio, & ejus generis alia a successoris agnitione dependent, regulasque de hac re inter Europæ Gentes receptas sequuntur. b)

C 2

§. 20.

a) Refero huc tractatus pacis, Britannicæ throno, qui contra Gal-  
limitum, commerciorum, conven-  
tiones de alinagio tollendo, de ju-  
re detractus definiendo, rel.  
b) In qua re *annotasse* sufficiat, „  
constantem morem inter Europæ „  
gentes inveniri hæctenus non posse, „  
cum unaquæque arbitrium suum se- „  
cuta, mox possessorem agnoverit, „  
mox petitori manus dederit, mox „  
agnitionem suspenderit. Ita expu- „  
gnato à Wilhelmo principe Magnæ „  
Britanniæ throno, qui contra Gal-  
liam fœdus inierant, cum possessore  
idem renovarunt. „Cf. Actes de la  
„ paix de Ryfwick P. I. p 503. la  
„ possession où on trouve un prince,  
„ est proprement ce qui autorise à  
„ traiter avec lui, & l'obligation  
„ d'observer les traites passés au suc-  
„ cesseur, non pas, parcequ'il a droit  
„ à la succession, mais parcequ'il a  
„ actuellement succédé.„ Sunt ver-  
ba, quibus defenduntur, quæ, uti  
modo



## §. 20.

*Mutatum regimen* (§. 12.) nullius fere momenti esse in conservandis tollendisque gentium juribus, seu promittentem seu stipulantem respicias, & ipsa rei natura & gentium usus communis confirmat. Mutata enim civium & inter se & cum regente habitu, non æque ille, qui civibus cum exteris intercedit, mutabitur.

modo dictum, fœderati egerunt, in Réponse au manifeste adressé par Jaques II. aux princes conféderez protestans. Initio seculi, cum Grifones Helvetiique uno fœdere cum duce Mediolanensi juncti fuerant, hi possessorem Philippum agnoscentes capitulationem renovasse leguntur, illi nec Caroli nec Philippi partes secuti cum neutro fœdus continuarunt. Argumenta Gallorum Helvetiorumque recensentur in Mémoire de M. Stanian aux Lignes Grises LAMB. IV. 558. „l'argument le plus fort, dont les ministres de France & du Duc d'Anjou en Suisse se servirent pour porter ces mêmes Cantons à renouveler leur capitulat, étoit, que ce n'étoit point à eux à entrer dans la discussion des droits des deux Prétendans, & qu'il leur devoit suffire, que le Duc d'Anjou fut en possession du Milanez, pour traiter avec lui. Aussi les mêmes Cantons ont ils déclaré, qu'ils ne traitoient avec le Duc d'Anjou que comme possesseur du Milanez, sans rien décider de son droit., Eodem argumento usa est Magnæ Britannie regina, cum liberum copiarum transitum a Grifonibus peteret: weil ja K.

*Carl sich dormalen im Besitz des Herzogthums Mailand, mithin auch berechtigt befände, des von den Schweizern mit solchem habenden Capitulats zu genießen.* Theatrum Europ. T. XVIII, ad a. 1707. p. 295. Grifones contra agnitionem suspendisse testatur supra allegatum Mémoire de M. Stanian, dum pergit: „à la vérité ces „ mêmes Cantons avoient reconnu „ le Duc d'Anjou comme Roi d'Espagne, mais cela ne porte point „ contre vous, qui ne l'avez pas fait., Eundemque modum respectu Caroli eos tenuisse, demonstrat initium conventionis, quam de transitu cum fœderatis inierant „le passage aiant „ été accordé - non que les Grifons fussent obligez par traité d'accorder ce passage.. quo ipso capitulationi cum Mediolani Duce initæ non adstrictos sese declarant. Helvetiorum rationes refutavit Cesareus orator de Trautmannsdorf, F. ST. C. T. XI. p. 390. in verbis: „in Betrachtung daß „ die possession dem Besitzer so lange „ sie mit rechtmäßigen Ursachen disputirt wird, im geringsten einiges „ Recht nicht zulegt, es sey dann, der „ Gegentheil thue sich seines Anspruchs „ begeben.,

bitur. Nec ipsæ res gestæ in eo a naturali jure discedunt. Angliæ protector Olivarius eadem sibi jura vindicat, quæ reges olim Angliæ. Fœderati Belgii ordines commercii jura per Carolum V. Imperatorem tractatu Spirensi A. 1544. à Danis impetrata, ab iisdem A. 1630. infracta, gravaminibus oblatis, a) fœdere cum Sueciæ Regibus ad defendendum commercium inito, pacto cum ipso Daniæ Rege contracto b) defendunt. Pacem præterea, quam Carolus V. cum Scotiæ regina, Maria concluderat, cum successore renovant. c) Cumque reliquum Belgii in liberam rempublicam transformandi consilium ceperint Galli Batavique, nominatim conditionibus conventis & ea inserta legitur, ut obligationes à pristinis imperantibus contractæ ad novam civitatem transfirent. d) Excipitur ea mutatio, quæ gentem stando promissis, fructusque pacti percipiendo inhabilem plane reddit, e) quamque, si stipulantem respicias, quæsitâ jura extinguere, sin vero promittentem spectes, cum ille proprio facto obligationem rescin-

C 3

rescin-

a) Cf. Perill. MOSERI, qui faciem in hoc scientiæ genere prætulit, *Versuch des neuesten Europ. Völkerrechts.* T. V. p. 492.

b) Vid. articuli pacis inter regem Daniæ & ordines generales fœderati Belgii A. 1645. „privilegia juraque civitatum unitarum Belgii provinciarum Spirensi tractatu commemorata.”

c) Cf. Traité entre Jaques roi d'Ecosse & les Seigneurs Etats généraux des provinces unies pour le renouvellement de la paix perpétuelle concludé le 15. Dec. 1550. entre Charles V. Empereur des Romains & Marie reine d'Ecosse, A. 1594.

d) Secrete resolution van Holland en westvrief and genomen ze-

dert den Aanvang der bedieninge van den Heer Johan de Witt. T. II. 414. *Schmauß Staatsw.* T. I. 119.

e) Ita speciatim eantum invenimus, ne forma reip. mutetur *im Bund der drey Waldstädte Uri, Schweiz und Unterwalden.* A. 1315. „daß sich unser Länder keins noch unser deheiner sich beherrren soll, oder deheinen Herren nemmen, ohne der andern Willen und ohne ihren Rath. *Schmauß. C. I. G.*

p. 21. Simile quid continet *Erneuertes Bündniß zwischen Venedig und den beyden Cantons Zürich und Bern* 706. „haben unsere Vorfahren - weil unter gleichen Regimentern die beständigste Freundschaft auszutreffen - sich derhalten A. 1616. zu allseitig hüßl. Erhaltung in gemeine Bündniß eingelassen. *ibid.* 1185.



rescindere nequeat, sublata jura supponere, plusquam perspicuum videtur.

### §. 21.

*In ipsa gente* (§. 12.) mutatio contingit, cum vel civium nexus cum uno regimine *dissolvitur*, vel *diminutionem* tantum patitur, vel ei aliquid *adjicitur*. Et primo quidem *reipublica interitus* spectandus est, in *dissolutione* nexus illius, quo cives continentur, consistens. Cum autem gentibus Europæ sedes fixa sit potior, quæ semper quandam incolarum ad regimen commune societatem requirit, plenamque adeo unionis, in singulis civibus spectatæ, cessationem hodiernis certe temporibus possibilem vix cogitemus: is tantum nexus ejusque dissolutio huc loci pertinet, qui singulis communitatibus cum præfectura communi, præfecturis cum provincia, provinciis cum universa monarchia, majoreve quadam republica intercedit. Cujusmodi membrorum cum unumquodque sua jura habeat, suisque oneribus prematur, dissoluto toto, ad obligationum juriumque, quæ membris incumbunt, extinctionem non juste concluditur. Pone unionem fœderati Belgii dissolvi, provinciarum interitus non statim sequetur. Rumpatur provinciæ singulæ vinculum, civitates integræ manebunt. Itaque potius statuendum, everso imperii cujusdam systemate, quicquid obligationis jurisve in singulas ditiones cadat, illibatum relinqui; dispersis provinciis communitates singulas obligationes suas & jura retinere. Quin tota natione eversa, manere territorium, flumina, sylvas, mare contiguum, cumque servitutibus juribusque annexis servari.

### §. 22.

*Diminutio* nexus civilis (§. 21.) avulsione potissimum cujusdam membri efficitur. Quæ si contigerit, pactitorum jurium duplex genus a se invicem distinguendum existimo. Quotiescunque enim imperans in pactis, quæ cum exteris iniit, *de regni totius*

*totius vel bonis vel juribus* disponit, regimini quoque toti acquiritur, vel obligationis onus imponitur, nec singula membra de eo quicquam participant, nisi quatenus ex nexu cum corpore emolumenti quid vel oneris in ipsa redundat: quo igitur dissoluto effectus omnes cessare luculenter adparet. *a)* Sin vero imperans in pacto totius regni nomine concluso, *de membri cujusdam bonis speciatim* quicquam sanciverit, *b)* vel *specialem ducis marchionisque personam agens*, ex. gr. de commercio in quodam ducatu, imperii sui parte, exercendo *contraxerit*, pacemve inierit, aut foedus subsidiive tractatum concluderit *c)* rel.; pactitia jura quæ-

*a)* Nec enim Sueciæ reges libertatem a vectigalibus, in subditorum commodum a Danis acquiritam, cedendo partem Pomeraniæ ad Brandenburgiæ electores transmiserant; Neapolis reges seposito commercio tractatu, a Carolo VI. cum Turcis inuito, separatim pro regnis noviter acquisitis commercii libertatem stipulati. *Traité de paix, de commerce & navigation entre la sublime Porte & le Roi des deux Siciles* conclu à Constantinople le 7. Avr. 1740. *Rouffet Suite du Supplément aux Int. Pr. p. III.* Nec denique foedera ad defendenda, quæ possiderent jura ac territoria inter Russiam Carolumque Imperatorem contracta ad novos inferioris Italiæ possessores transiisse quisquam dixerit.

*b)* Refero huc, quæ in pace Monasteriendi Hispaniam inter Belgasque foederatos inita, de exercendo in Belgicis Hispaniæ Regis provinciis commercio, quæque de eodem inter Livoniæ ducatum Poloniæque regnum in Olivenfi pace art. 15. statu-

ta sunt. Posteriora jura, expugnata Livonia, hodierno tempore Russorum Imperatrix Augusta strenue vindicavit, cum contra exemptionem a vectigalibus contra Danorum regem assensisse sibi nullibi legatur. Extat argumentum in *Exposé de la conduite de la cour de Russie. 1773. F. ST. C. V. Th. p. 273.* „Il n'y a point de puissances, qui aient entre eux de traités & d'engagements plus solennels, plus précis, & plus analogues au vrai bien des sujets pour leur commerce & communication respective. que ceux, qui existent entre la Russie & la Pologne & anciennement entre celle-ci & la Suede quant à la Livonie, province cédée à la Russie avec tous ses droits & appartenances; *le traité d'Oliva art. 15.* „ Invenitur ille in *Schim. C. I. G. p. 722.*

*c)* Juvat hanc rem Mediolanensi, quam vocant, capitulatione illustrare. Scilicet Mediolani ducatus cum regno Hispaniæ conjunctus, immensæ hujus monarchiæ tanquam indivisæ



quæcunque, divulso licet membro, in quemvis successorem transire videntur.

§. 23.

Divisionis notio cum nexui civili directo opposita sit, regimenque adeo commune extinguat; ad plenum quidem civitatis interitum referri eam debere, & jura ei annexa extinguere, non est, quod dubitem. Id tantum quoad promittentem excipiendum existimo, gentem uti quemcunque alium debitorem, vel tertium quendam creditoris jura abolere non posse, & si injuste id fiat, ad damna restituenda teneri. Quod cum non melius hic fiat, quam confirmatione obligationis extinctæ, seu cives seu expugnantes civitatem dividerint, eædem obligationes, quas prior civitas sustinuit, divisim quoque rebus publicis renatam quasi inherere sponte adparet. At dantur territoria, principatus præsertim, quæ, quia in imperantis patrimonio existunt, venditionemque, oppignorationem, divisionem ex ejus arbitrio admittunt, patrimonialia vocantur. Quæ cum in plures partes dividuntur, eorum regimen cum juribus annexis extinctum plane dici non potest, sed quodam tantum modo diminui videtur, cum patrimonialis imperans conventionibus publicis non genti, sed sibi acquirit, onusve pactitum imponat, acquisita cum jure imperii ceteroque

vise olim universitatis membrum tincta Hispaniæ regum linea perque constituit. Qui dum in nexu eo manferat, & dux & subditi iisdem cum rege subditisque Hispaniæ & juribus Imperio Austriacæque lineæ vindicare cessant sine dubio jura ex pactis & obligationibus instructi fuerant. Hispaniæ monarchiæ nomine initis At multi vicinorum erant, qui, cum tota monarchia contrahere supervacaneum rati, ob dissitas ejusdem ditiones de parte pacifici præferebant. Itaque Grisones Helvetiique capitulationem sic dictam inierant, de defendendo Mediolanensi ducatu, commerciisque in eo exercendis. Ex-

tincta Hispaniæ regum linea perque arma ac pacta Mediolanensi ducatu Imperio Austriacæque lineæ vindicare cessant sine dubio jura ex pactis Hispaniæ monarchiæ nomine initis oriunda; quæ ex capitulationibus dictis debentur, valida manserunt. Nec ligæ Grisones cum novo possessore post restitutam pacem antiqua jura renovare hæsitaverant. v. die Meyländische Capitulation mit den Gräubündern erneuert den 24. Oct. 1726. Schmauis. C. I. G. p. 2042.

roque patrimonio tanquam hereditatem transmittat, heredes dividant, quæ dispertiri natura patitur, non dividendis conjunctim utantur.

§. 24.

*Accessio* denique ad nexum civilem (§. 21.), de qua ultimo loco dicendum est, seu uniantur integræ respUBLICÆ, seu territorium quoddam præfecturæ provinciæve instar alieno regno jungatur, fit duplici modo. Aut enim personalis est, & in eo tantum fundatur, quod civitates plures imperanti eidem pareant, cum ceterum separato regimine, separatoque cum principe nexu utantur: aut vero ipsa rerum publicarum corpora ad unum quoddam regimen unumque corpus confluerunt. Utrumque unionis genus cum in eo tantum consistat, ut separatam olim rempublicam communi regimini subiciat, cumque hoc non obstante unicuique regni membro, provinciæ, præfecturæ, communitati, peculiare possit esse regimen, subordinatum communi regimini, peculiare obligationes & jura, possessione vel pactis quæsitæ: conjunctionem ejusmodi in jurium statu, quæ gentibus junctis competunt, nil plane innovare, luculenter adparet. a) Excipiendum autem arbitror casum, cum gentes conjunctæ reciprocas erga se invicem & obligationes habent & jura, & personarum inde confusio effectus pacti extinguit. Statuendum autem generaliter videtur: *Quousque obligationum ac jurium, unitis gentibus inhærentium, conjunctio sese extendit; eatenus quoque & ratione durationis & ratione extensionis confusio est locus.* Quodsi itaque quæcunque junctarum gentium jura illimitate in imperantem communem translata sint; reciproca quoque earum jura confusione tolluntur: quod in perpetuum fit, si nexus ille realis est, in ipsis gentibus fundatus, sin vero familia sola personave imperantis nitatur, cessante causa finem sortitur. Si contra imperans non solus sit ju-  
ri-  
um

a) Confirmat dicta Mediolanensis ptilationem à Carolo VI. renovaducatus, cujus, quam vocant, ca- tam esse jam supra monuimus. Ac-  
cedit



rium arbiter, quæ gentis regimini annexa sunt, sed ordines quoque reipublicæ concurrant, non regimen solum ab imperante communi exercendum ad jura confusionis ope extinguenda sufficit, sed ordinum quoque ex separatis corporibus ad unum quoddam conjunctione est opus. *a*) Sin autem functiones publicæ in disponendo de reipublicæ juribus finem præscribunt, eæque alienationem illorum prohibeant; aut leges eas respectu unitarum gentium conjunctionis pacto abrogari oportet, aut nullam omnino confusio vim esse, non est, quod moneam. Denique non pauca sunt, quæ parti cuidam regni in alteram partem competunt; & à communi regimine distincta, provinciæ, præfecturæ, vel urbi speciatim inhzrent. Quæ quoties jam ante unionem territorii cuidam annexa sunt, secuta licet illa confusio obnoxia esse, nemo crediderit.

§. 25.

*Secundum*, quod notionem juris pactitii ingreditur: (§. 11.) in ejus objecto consistit, quod, ut præstari possit, promittentis viribus conveniens, & ita comparatum esse oportet, ut ejus præstatio nec naturali, nec positivo gentium juri contraria sit. Quo-

cedit Lotharingia, cujus conjunctio „ zum Grund zu legen.,  
cum Galliæ regno facta Ludovicum „ a) Exemplo sit Lulitaniæ regnum,  
XV. regem non impedit, quominus quod licet Philippus II. Hispaniarum  
contractas olim a pristinis ducibus Rex hæreditate acquisierit, legitur  
cum Saræptinis principibus con- tamen in Vérité du fait &c. Roufflet  
ventiones confirmaret. cf. *Neueste* Recueil T. III. p. 40. „Le partage  
*Staatsacta* 2. Th. p. 129. 130. *Tausch-* „ d'Alexandre & le traité de Tordé-  
*Vertrag zwischen Frankreich und Nas-* „ fillas furent observez comme au-  
*sau Sarbrücken.* art 1. „Ist beliebt „ paravant entre les deux nations.  
„ worden, bey gegenwärtigem Ver- „ Les Portugais gardèrent toutes  
„ trag — die ältere und neuere zwei „ leurs conquêtes & tout leur com-  
„ schen Frankreich und Lothringen ei- „ merce en Afrique — & les Castil-  
„ ner, und dem Hause Nassau ander- „ lans gardèrent — leurs possessions  
„ seits geschlossene besondere Verträge „ en Amérique & aux Philippines.,



tiescunque igitur quoad primum illud requisitum objectum juris in eum statum pervenit, ut stare promissis promittentis vires excedat, toties obligatio cum correlato jure extinguitur; id quod permultis sane exemplis illustrare haud difficile est. Sunt inter Europæ principes, quibus opes tantæ non sunt, ut ipsi soli magnis viribus resistant. *a)* Quos fingere cum majore quodam rege societatem belli inire, irrumpere hostem in foederatum minorem, arcendæ hostili violentiæ impari foederique renuntiare coactum, Fingere territorium focii & copias ejus sequestro detineri. Immo, quid fictione opus est? Monumenta belli A. 1672. exorti, duobusque Hannoverani calamitates, *b)* Bavaricæ Electoris fata, penultimi in Germania belli initia exempla pleno alveo suppeditabunt. Præterea notum est, Anglorum quidem Reges & foedera & pacta quæcunque solos componere, ad bella gerenda subsidii statuum indigere, *c)* Suevicæ quondam Reges pangendorum foederum jus sibi consilioque regni vindicarunt, at bellum gerendum decisioni comitorum reliquerunt. *d)* Jam ponas reges dictos auxilium mittendum vel ipsum bellum foederati hostibus declarandum promittere, at regni status recusare, pro socio arma capessere. Sancitur sæpe, uti in portu, Finale dicto, vendendo conventum est, *e)* ne hostes contrahentium castello quodam vel portu recipiantur, ne territorium alienetur. *f)* Quid autem? Si hostis ille castellum portumve expugnet, si ditionem belli jure occupatam restituere recuset? Contrahitur belli societates, proponitur finis, quem nisi focii attigerint, finiri bellum prohibe-

D 2

*a)* Cf. Dictionnaire universel des sciences T. III. 406.

*b)* Vid. Lettre du Duc d'Hannovre écrite au Roi de France sur la neutralité & la médiation, qu'il a acceptée 1675.

*c)* *Adelmanns Staatsverfassung* p. 257-9.

*d)* MABLY droit public de l'Europe ed. 1748. T. II. p. 201.

*e)* Contrat du 20. Août 1713. par lequel l'Empereur vend Final à la rép. de Gènes art. 5. MABLY ib. pag. 210.

*f)* Cf. Traité de la barrière des paisbas 1715. art. 1. SCHMAUSS C. I. G. p. 1594. Traité du 20. Décembre 1743. entre les cours de Vienne & de Dresde, art. 2. MABLY ed. 1764. T. III. p. 190.



hibetur. a) Quid vero, si finis ille fociorum viribus major adpareat? Ubique eadem redibit responsio? Quæ promittentis vires excedant, obligatione non contineri.

### §. 26.

Alterum præstandi promissi impedimentum est, cum id, quod in obligatione est, *contra justitiam impingit*. (§. 25.) Justitia autem varia est, diversosque in ramos diffunditur. Nam aut in officiis *erga publicam utilitatem* se exerit, aut *proprie conservationi* indulget, aut ad *suum cuique tribuendum* pertinet. De singulis speciatim dicamus. Primum quod attinet, collisionem sc. juris cum *publico bono*, Europæ gentes, tanquam focios unius civitatis sese invicem intuentur, cujus summum bonum in *pace* consistit & quod ad eam ducit, partamque conservat, *aquilíbrio*. Quæ quanti momenti sint in restringendis gentium juribus, iisque vel plane tollendis facile inde inferitur. Et primum quidem quod ad *pacem* spectat, ut teneatur modus, distinctionem adhibendam existimo. Etenim si jura defendis, quæ possides, pacis omnino studium non eo procedere debet, ut in vafori quæcunque relinquoas. Quin ipsum Europæ bonum aggressori resistere jubet, cum fausto successu invitati, qui aliena ad-

pe-

a) Refero huc confederationem ste egisse foederatos existimo, qui Viennæ initam inter Leopoldum & cunctante Imperatore Augustissimo, Ordines Foederati Belgii provincialium Generales d. 12. Mai. 1689. art. 4. „nullatenus vero pax ineatur, constituto, separatim pacem signaverant. v. Traité de paix le 20 Sept. 1697. entre les Ambass. de S. M. T. brugenfis & Monasterienfis nec Chr. d'une part, & les Amb. des non Pyrenea vindicetur, & omnia Seigneurs des E. G. des Prov. Unies juxta eorum tenorem in ecclesiasticis & politicis in pristinum statum restituta sint., Neque tamen cum parum prospere res belli cesserint, manifestumque esset, propositum finem attingi non posse, inju-

206.

petunt, perpetuum bellum efficerent, & injustissimi potentissimi evaderent. a) Si vero jura habeas, quæ alter injuste detineat, nec reddat, nisi armis coactus, vel si de tertia re, quam neuter possidet, cum altero decertes, tum pacis pretium ita prævalere arbitror, ut litem amice componere officium sit. Sin vero possidens transactionem omnem respuat, ac prævideri possit, capessitis licet armis perfecte læso non iri satisfactum, detentionem juris, licet justissime petiti, bellorum malo defendi; sin satisfactio rite speretur, legitimum bellum crediderim. Restat ex monumentis publicis doctrinam exemplis confirmare. In quo cum jura partita cum reliquis plane convenient, utrumque genus mixtum adferre liceat. Solenne autem est Europæ imperantibus, cum inter duos oriantur lites, quæ facile possint in flammam belli erumpere, communi bono succurrere, judicare, quid suum cuique sit, quid bono publico conveniat, transactionis formulam componere, litigantium consensum expetere, reuerti junctas vires minitari. Egerunt ita in dividendis Hispanicæ monarchiæ exuviis, b) in commutandis Sardinia Siciliæque regnis c) in de-

D 3

termi-

a) Ita explicandum est, quod profert Manifeste de Charles III. LAMBERTI III. 254. „ Si pour confer-  
„ ver la paix on vouloit tout souffrir, les plus méchans prévaudroient partout. „

b) Testis est tractatum partitionis biga. A. 1698. & 1700. Corps diplomatique T. VII. P. II. p. 442. 477.

c) Cf. Fœdus quadruplex 1718. Conditions tractatus concludendi inter S. M. Cæs. & regem Siciliæ art. I. „ Postquam cessio Siciliæ domui Sardinicæ per tractatus Ultrajectenses unica consolidandæ pacis cau-

„ fa, nulloque regis Siciliæ in eam habito iure facta, ad scopum illum assequendum adeo nihil contulerit, ut magnum potius obstaculum effecerit, quominus Imperator eisdem accesserit — hinc est, quod principes qui tractatibus Trajectensibus primam manum admovere, licere sibi etiam citra assensum eorum, quorum inereff, existimarent, unum illum — articulum — qui regnum Siciliæ spectat — abrogare — rationibus nixi — quod per commutationem regni Siciliæ cum regno Sardinia impendentia Italia bella prævertirentur. „ SCHMAUSS. c. p. 1727.



terminandis Hetruriæ & qualitate feudali & modo successione, a) in abolenda Ostendana mercatorum societate. b) Idem pacis conservandæ principium in dirimendis inter Anglos Hispanosque de Gibraltaria controversiis pro basi posuit scriptum Viennæ publice editum. c) Quæque in conservanda pace adhibent, iisdem ad restituendam eam utuntur. In quibus enarrandis ita solum verborum, ut gestas res afferam, de iis iudicium ex supradictis facile formandum lectori relinquam. Ita Sueciæ rex in exvendo Poloniæ regni corona Augusto II. pacis publicique boni speciem prætendit, d) Angli garantia neglecta, quam super pace Travendalensi promiserant, contrariam Dano de conservanda Slesvici possessione promittunt, ratione nisi, quod aliter restitui pax non poterit. e) Idem præ se fert fœdus sic dictum quadruplex, f) Hispana-

- a) Fœdus quadruplex. Conditions „ nement se fit. C'étoit d'autant, pacis inter S. Maj. Cæsaream & Regiam Cathol. Maj. art. V. ibid. p. 1724. „ que c'étoit en vue du bien public, qu'on avoit contribué au détrônement du roi Jaques II. & que l'on travailloit à détrôner le roi d'Espagne de la maison de Bourbon.
- b) Profitetur id scriptum publicum sub titulo: Ecrit publié à Vienne sur la situation des affaires à traiter au Congrès de Soissons. ROUSSET recueil. T. V. p. 112. „ e) „ In Absicht die Ruhe in Norden wieder herzustellen. „ SCHMAUSS. C. I. G. p. 1846.
- c) Ibid. cap. VI. ROUSSET ibid. „ On voit — qu'une nation ou un prince renonce quelquefois à ses droits de succession les plus clairs & les moins contestables, lorsqu'il est de l'intérêt de ses voisins, que ces différens soient pacifiés à l'amiable. „ f) Articuli separati & secreti. Art. III. „ Si contra omnem expectationem — rex Hispaniæ & rex Sardiniae — post elapsum trium mensium terminum dictas conditiones pro eorum pacificatione cum S. M. Cæs. propositas acceptare abuerunt, cum tranquillitas Europæ a renitentia, vel moliminibus clandestinis dictorum — principum dependere non æquum sit, Sncæ MM. — suas cum viribus S. M. Cæs. conjungere promittunt, quo illi ad acceptationem — nem — adigantur. „ SCHMAUSS. p. 1734.
- d) LAMB. III. 356. „ Le ministre de Suede — pronoit fort que le détromement du roi de la Pologne étoit le seul moyen pour rendre la tranquillité à ce royaume là — il l'aissa échapper en quelque occasion, qu'il ne comprenoit pas, pourquoi l'on n'agréeroit pas, que ce détrom-

Hispaniam ad deponenda arma coacturum, scriptumque, quod bellum exinde ortum ex parte Galliae defendit. *a)* Quibus addidisse sufficiat foedus Wormatiæ initum, quod de terris Genuensium reipublicæ venditis disponit, emtoresque daturus id bonæ Italiae publico sperat, ut juri suo renuntient. *b)*

## §. 27.

Præcipuum autem conservandæ pacis medium *æquilibrium*, inter gentes Europæ tenendum censetur. *c)* Quod quidem non ita accipiendum est, quasi univèrsa Europa in æquales sibi respublicas sit dividenda, qualem sibi finxit Henricus IV. Rex Galliae. Sed cavendum existimant, ne quæ gens potentia, opibus ac partis aliorum territoriis ita excrecat, ut reliquas omnes, vel certe plurimas, foederatas licet, viribus exsuperet. *d)* Quæcunque itaque ad augendas ultra modum imperantis cuiusvis opes conferunt, sive hereditatis jure delatae sint, sive pacto promissa, collisione cum æquilibrio interimuntur. Referuntur eo Filiarum Hispaniæ regum, quæ Galliae imperantibus nupserant, renuntiationes illimitatæ, *e)* quæ post delatas Carolo VI. imperatori & terras

*a)* Manifeste sur les sujets de rupture entre la France & l'Espagne. ROUSSET recueil. T. I. p. 286.

*b)* Unionstractat, wie solcher zu Worms den 13. Sept. 1743. zwischen S. Grosbritt. Majestät, der Königin in Ungarn, und dem K. von Sardinien unterzeichnet worden. Art. X. FABR. Staatsc. T. 86. p. 689.

*c)* Cf. Kahlil commentatio I. P. de trutina Europæ, præcipua belli & pacis norma. Georg. Lud. Erasmi ab Huldberg de æquilibrii alioque legali juris gentium arbitrio in gentium controversiis pacis tuendæ causa interposito.

*d)* Ad quod alludit deductio Bavaria in lite successione austriacæ. Sect. VI. §. 19. „Wird allenfalls das „nöthige Gleichgewicht durch Bündnisse „herzustellen seyn, und hat man allerdings einen Unterschied zu machen, „zwischen einer gänz. Aufhebung und „Veränderung des Gleichgewichts.“ Fab. St. C. T. 85. p. 456.

*e)* LAMB. I. 574. acte d'exclusion de Marie Thérèse Infante d'Espagne „eu égard, à ce qu'il importe à l'état „public & à leur conservation, qu'é „tant si grandes elles (les deux couronnes) ne viennent pas à se joindre.“ SEL. I. P. T. VII. p. 352-338.



terras hereditarias, & imperii coronam, de alio Hispaniæ regente substituendo acta sunt; a) quæ de limitanda pragmaticæ Sanctionis garantia Belgæ Britaniquæ declarabant, b) quæ denique ad arceda iura in austriacam successionem prætenfa, & ad eiusdem divisionem tendentia proferebantur. c)

### §. 28.

Secunda disputatio est de collisione *cum propria promittentis salute*. (§. 26.) Plerique qui de naturali jure scripserunt, quod primo loco inter fontes juris gentium ponendum est, necessitatem eiusmodi moralem ad solum interitum vitæque summum periculum restrinxerunt. Mihi Cicero maxime placet, qui „nec promissa, inquit, servanda sunt — si plus tibi noceant, quam illi profint, cui promiseris. Contra officium est, maius damnum præferre minori.„ Nam, ut ad fontem iuris cogentis, doctrinam moralem recurram, summum socialitatis humanæ principium est, maximum plurimorumque bonum adpetere. Singulorum commoda

a) LAMB. VI 638. 9. Extrait des lettres de M. Hamel Bruininx sur la mort de l'Empereur Joseph & sur ce que le comte de Péterborough avoit dit. du 17. 18. Avril „la dessus le dit M. Bruininx avoit fondé Mylord Peterborough & ils étoient entre eux de sentiment, qu'on devoit délibérer sur 3. points — III. de pourvoir l'Espagne d'un roi en cas, qu'une même personne ne puisse posséder, comme il étoit apparent, la couronne Impériale & celle d'Espagne. — Sur le troisiéme point Mylord Peterborough croyoit d'être bien assuré des Espagnols & de ceux du royaume d'Arragon, qu'ils voudroient bien recevoir le duc de Savoie pour roi, le lui aiant souvent déclaré. — Ce lord pensoit, qu'on devoit proposer un mariage entre le Prince de Piémont & l'ainée des archiduchesses — à l'égard de l'Espagne les deux ministres impériaux pensoient aussi, que le meilleur seroit de faire avoir la couronne au duc de Savoie, voyant que les deux monarchies ne pouvoient pas subsister dans un seul prince.

b) Art. sep. Accession des Etats Généraux des Prov. unies au traité d'alliance conclû à Vienne 1731. ROUSSET. I. Pr. T. II. P. I. p. 343.

c) Traité d'alliance entre l'Empereur, le Roi de la Grande Bret. & les Etats Généraux, 1731. Art. 2. pr. ROUSSET ibid. p. 330.

moda si collidant, majora eligere. Quocirca nulla personarum faciendâ distinctio, damnorum tantum bonorumque comparatio instituenda. Principia autem Ethices, quatenus exerceri sine violentia possunt, in jure cogenti eadem sunt. Itaque cum promissorum neglectio nunquam cum vi conjuncta sit, quotiescunque præstatione eius, quod obligatione continetur, cum commodo promittentis pugnat, majora damna præ minoribus evitanda sunt. Neque vero ista bonorum comparatio ad solum obligati arbitrium instituenda, sed normæ naturalis juris conformis sit, necesse est. In quo præcipue tria momenta, quæ observentur, digna judico. Unum est, ut existente collisione eiusmodi, quam minime possis, promisso fideique datæ infidelis sis. Ex quo, quam primum collisio cessaverit, redire obligationem contractam; si damnum commodumque utraque ex parte æqualia sint, promissis standum esse concluditur. Deinde, cum ea, quæ lege permissa sunt, conventioni tacite insint, casusque inde collisionis excepti a contrahentibus præsumantur, restitutio damni injuste peti videtur. Nec enim, si obligatio nulla extiterit, vel læsioni vel damni restitutioni est locus. Quod tamen non ita accipiendum, ut imminenti damni causa promittens solus, a pacto possit recedere, contraria autem pars contractu vincita permaneat. Cum enim in eo collisionis genere non obligatio sola spectetur, quæ damnum præstanti minatur, sed univèrsa boni maliq; summa, ex toto negotio speranda, cum bono maloq; computanda sit, quod eo cessante obtineret; quotiescunque negotium quoddam collisione ea invalidum redditur, non ea tantum obligatio, quæ damnum præcipue alit, sed totus negotii valor cum obligationibus reciprocis rescinditur. Tertium momentum in describendis bonorum malorumque gradibus consistit. Tametsi autem in eo singulis damnis assignare locum generatim impossibile sit, in classes tamen dispescere utile est. Ac inter bona quidem, in quibus deminutionem pati gentes possunt, quæ singulis lucrative sunt, distingui debent ab iis, sine quibus univèrsam civitatis corpus ad suum vigorem nunquam pervenit, perpetua quasi tabe laborans; quo refero commerciorum libertatem, iisque opposita monopolii ac cetera farinæ eius

E

privi-



privilegia. Deinde maxime differunt lucrum cessans damnumque emergens, in quo non minus applicandum commercii exemplum, quod nunquam in civitatem invecum in mediocritate saltem rempublicam conservat, erectum semel ruina sua rempublicam totam opprimit. Denique damni emergentis diversa sunt genera, quorum alia eminus metuuntur, alia certitudinem cum gravitate conjungunt, alia salutem publicam destruunt, alia civitatem devastant, orbamque civibus reddunt, alia potentiam, alia amicos adiungunt, plurima membrorum avulsionem regiminisque mutationem secum ferunt. Quibus omnibus inter se comparatis, quid singulis casibus factu sit optimum, promittenti dijudicandum relinquo.

### §. 29.

Præmissa exemplis ex gentium rebus gestis petitis illustrare non inutile arbitror. Famulosum est, quod de privilegiis Hanseaticæ mercatorum societatis regnante Elisabetha sublati refertur. Multa scilicet eaque sat lucrativa commerciorum jura ob frequens in bellis auxilium Anglorum Reges Teutonicæ Hanseæ indulserant, quæ circa A. 1250. ab Henrico III. primum concessa, à successoribus adaucta, ab omni imminutione, novorumque vestigialium, tributorum, exactionum, subsidiorum aliarumque præstationum onere peculiari diplomate ab Eduardo III. immunita declarabantur. Erant, qui Hanseæ res in Angliâ procurabant, quibusque & societatis & immunitatum prærogativa facile copiam dabat, determinatis ex suo arbitrio pretiis commercium omne ad se solos derivandi. Quæ res cum regni salutem perniciose videretur, ad civium gravamina Eduardo VI. atque Elisabetha regnantibus societatis Teutonum dissoluta, privilegia refixa sunt. a) Nec multum prætere

a) PFEFFINGER Vitr. ill. L. I. T. do III. regnante ad lanæ fabricas in 18. p. 833. Quam noxia fuerint Angliâ primum institutas eo citius electis Germanorum privilegia exemplum unicum demonstrat. Eduar. guo admodum tributo (14. Pence) one-



terea effluxit temporis, ubi Ser. Bavariae Elector salute civium praetensa a monetaria conventionem, quam cum Augusta nunc vivente inierat, discedendum sibi putavit. a) Confœderati Belgii ordines penultimo bello auxilium Angliæ recusantes ruinæ metum prætexerant. b) Sed quid immoramur alienis? Patria ipsa finit fovet PRINCIPEM, qui, cum videret Lottarias Genuenses exitiosas ducatu, ob rei publicæ salutem paternamque in cives affectionem concessum jus de iis exercendis revocare non dubitavit. c)

E 2

§. 30.

oneratum est. Teutones qui indignarum in modum tractabantur, eodem privilegio uti, præcipuum illud habuerant, ut singulari concessione ab omni vectigalium augmento securi redderentur. Postquam vero redditum angustiæ Mariam reginam modo dictum vectigal in maius extollere coegit (ad 6. § 8. p.), peregrini contra Hanse mercatores antiqua onera exsolvere continuarunt, evenit, ut pretio potiores reliquis, cum anglica societas (adventurers) non ultra mille ac centum vendidisset volumina, Teutones A. 1551. quadraginta quatuor millia exportarent. MÜSER *Patriotische Phantasien*. T. III. p. 180. 182. cf. & RAPIN *Geschichte von England*. T. IV. ad a. 1552.

a) *Hirschs Münzarchiv* T. VI. p. 436. *Churbayrisches Schreiben an der K. Königin* Majestät. 1754. „E. geruhen diese meine nothgedrungene Entschliessung nicht sowohl mir, als der offenbahr am Tag liegenden Unmöglichkeit bezuzumessen, mithin für eine nothwendige Wirkung einer vorzüglich Obliegenheit anzusehen, nach welcher ich die Conservation mei-

ner Lande und Unterthanen sorgfältigst zu bewahren habe, folglich so leicht, wie mein eigenes Cameralinteresse nicht sacrificiren kan.“  
b) *Détail de la présente guerre par BUNAU T. I. Tab. XIV. verbis: Qu'il seroit à souhaiter, que la répub. eût assez de forces pour ne pas craindre les menaces de la France & pour pouvoir donner du secours en troupes à l'Angleterre, mais que cela n'étant pas, il s'enfuyoit, que l'intérêt de la république exigeoit absolument, qu'elle n'eût garde de faire quelque démarche, qui pourroit la mettre en danger & causer même sa chute totale.*

c) Cf. *Generalrescript* dd. 19. Apr. 1779. „Wir haben nach gemüßsam Erwägung aller Umstände, und aus höchst eigener Ueberzeugung beedes von der inzwischen durch das Loto angeordneten allgemeinen Zerrüttung und Nachtheil und der Unzulänglichkeit aller anderer dargegen anwendenden Hilfsmittel ausser der gütlichen Abschaffung des bisherigen Instituts in unsern Herzogl. Landen uns gnädigst bewogen, auch durch unsere zärtliche  
„ Lan-



## §. 30.

Progredimur ad tertium collisionum genus, quod inter *duas obligationes exteris præstandas* intervenit. Distinguendæ tamen sunt eæ, quas *naturale jus* gentibus imposuit, ex quo pacis amicitiaque officia oriuntur, ab aliis, quæ *voluntate contrabentium* inducuntur. Quæcunque igitur contra *naturale officium* impingunt, præstari alteri nequeunt. Quodcirca si pacti, quod contraxisti, status ita commutetur, ut salva obligatione natura constituta liberari fides nequeat, promissis stare injustum est. Ex quo deciditur, quatenus in bello, quod tertio fœderatus facit, succurrere ei debeas. Equidem si primus ille sit, qui bellum inchoaverit, sive iusta arma gerat, sive injuste alterum invadat, defensivi fœderis casum extitisse nemo contendet. Quin et si sumas latiore defensionis ideam, post pacem Westphalicam a) præcipue

, Landesväterl. Liebe allerdings gedrun- num IV. regem Daniæ. 162r. Art. 4.  
 ,, gen gesehen, diesem zu fast unersetzl. ,, Si alteri prædictorum regum vel  
 ,, schlimmen Ausbrüchen bereits ange- ,, eorum regnis, terris aut ditionibus  
 ,, stiegenen, in die höchste Landespolicey- ,, aliquis, quem ille non prius aggressus  
 ,, Verfassung so tief eingreifenden Un- ,, fuerit, s. provocaverit, bellum  
 ,, wesen gütigst gerechtesten Einhalt zu ,, moverit, vel jus aliquod superioritatem  
 ,, thun, und zu dem Ende um der U. ,, ritatem aut immunitatem in alterius  
 ,, Landesvät. Herzen so nahe angelege- ,, prædictorum regum provinciis  
 ,, nen, alle andern Rücklichten weit ,, aut territoriis vel super ea, ubi si  
 ,, überwiegenden allgemeinen Wohl- ,, arrogare voluerit, quod in presenti  
 ,, farth willen aus Landesherrl. Macht ,, non possidet, neque eis fruitur, tum  
 ,, das bisher in unsern H. Landen eta- ,, alter alteri contra hunc tertium  
 ,, blirte Lotto, folglich auch die demsel- ,, succurret. Dumont. VII. 392.  
 ,, ben durch das Generalr. 27. Jun. Traité de confédération & d'alliance  
 ,, 1772. ertheilte Freyheit auf immer entre Louis XIII. & Jaques I. Art. VII.  
 ,, ganz und gar aufzuheben. ,, possedes & tenus: Postquam vero  
 a) Olim nempe sola eorum, quæ Garantizæ juribus præsertim pacti-  
 actu possidebantur, defensio promissa tiis præstandæ usu investæ sunt, quod  
 in fœderibus legitur. Cf. Tractatus pacis Westphalicæ præsertim tempo-  
 re factum est. v. Essai historique & obum I. regem M. Brit. & Christi a- politique sur les garanties. 1777.  
 Göt-

pue investam, qua ea quoque foedere comprehenduntur, quæ licet actu non possideantur, tanquam legitime quæsitæ petuntur, vel si turbationes in jurium exercitio foederati opem requirant: nec tunc quoque auxilii mittendi casus existet, si inconsulto socio primus sis in capessendis armis ad persequendam jurium violationem. Annuere id videtur ipsorum tractatum tenor, qui ante omnia de bonis officiis loquuntur, quæ si ab eo, cui debita jura recusentur, petita fuerint, communiter interponi oporteat, ac tum demum, si frustra adhiberi illa adpareat, auxilia belli mittenda promittunt. *a*) Ex quo non difficulter concluditur, quotiescunque neglectis socii officiis ad arma statim clamaveris, te tua culpa foederis beneficio exui. Confirmant dicta, quæ pactis publicis expresse inserta deprehendimus, *b*)

E 3

quæ

*Götting. gelehrte Anz. 129. Stück. Jahrgang 1777.* foederibus quoque inferi esse contulerant, neque adeo possessio sola iurium, sed & vindictio non possessorum defendi promittebatur. Cf. Renouvellement d'alliance entre la France & la Suede. 1663. art. 2. Schmauff. p. 787. foedus inter Sueciæ regem & electorem Saxoniam. 1666. art. 1. Alliance entre la Gr. Bret. & les Etats Généraux 1678. art. 4. Schmauff. p. 1013. A. 1689. Art. 3. *ibid.* p. 1084. Traité d'alliance conclu à Hannover. 1725. art. 2. *ibid.* 2013. „Maintenir généralement tous les „Etats, pais & villes, dont chacun „des alliez sera actuellement en possession — aussi bien que les droits — „dont les dits alliez jouissent, ou „doivent jouir.

*a*) Spectant huc: Tractatus foederis inter Christinam reginam Sueciæ & ordines foederati Belgii de A. 1640. art. 2. „Quodsi comperitur, S. R.

„M. regnumque Sueciæ — vel ceteram „situdinem Dom. O. G. F. Belgii — „turbari ac præter modum onerari „& adgravari, vim & injuriam passus cum altero confederatorum id „inprimis operam dabit, ut ex consilio „filio & opera mutua is qui libertatem navigationis ac commerciorum turbavit, atque oneravit, amicabili ratione persuadeatur, navigationem ac commercia libertati restituere, ne rem ad arma venire „necessum sit. Quodsi vero ea laudentem infederit obstinatio, ut nullis amicabilibus rationibus se induci „ci patiat — ita convenit — add. foedus inter M. Britt. & ord. Gener. 1678. inquit Art. IV. Schmauff. p. 1013. Foedus Hannoveranum Art. 2. & 3.

*b*) Traité d'alliance entre les Electors de Saxe & d'Hannovre. 1731. Rouffet. Int. Pref. T. II. P. I. p. 367. art. 3. „Mais aucun des alliez ne „pourra



quæ bello Polonico Generales Ordines Magnæque Britanniae Rex, a) quæque penultimo inter Gallorum Regem Angliamque gesto bello Imperatrix Augusta cum foederato Belgio protulisse perhibentur. b) Sin autem ponas, focium aggressorem non esse, sed ab extraneo invadi, succurrendum in vaso esse de regula statuendum est. Quamobrem olim infertum foederi legimus, ut sine inquisitione causæ in vaso auxilium mitteretur. c) At noviori præfertim tempore contrarium usu invaluit, nec raro factum est, ut ante omnia invasionis iustitia a promittente excuteretur. d) Cumque gentes liberæ iudicem agnoscant neminem, foederato soli, an obligatus sit, vel focii injuria solutus, iudicium competere arbitrator. e) Cui rei infervire potissimum putem, quæ san-  
ciuntur

„ pourra être requis de fournir du secours à l'autre, si l'un d'eux sans communication avec son allié & sans son consentement attaquoit quelqu'un en ennemi — & que par là il fut attaqué & poursuivi lui même dans ses propres pais ou dans ses droits par l'offensé ou par ses alliez. „

a) Omisâ discussione, quis primus aggressor fuerit, generales ordines ad Augustissimum auxilii mittendi reculationem ita exculpant: „ Que suivant l'opinion de L. H. P. il étoit plus qu'apparent, qu'on avoit pû prévenir la présente guerre & les suites, qu'elle a entraînées, s'il avoit plû à S. M. I. & C. de déferer un peu plus aux conseils fidels & bien intentionnez, que L. H. P. comme bons alliez ont suggéré à S. M. I. & C. dans le tems, que les affaires étoient encore en leur entier. „ Rouffet recueil. T. X. p. 510.

b) Cf. Bunau L. cit. §. 41. not. c. c) Foedus inter Carolum Emanuel II. ducem Sabaudiae & sex cantones Helvetiae Catholicæ religionis. A. 1651. Schm. p. 638. d) Elegans exemplum legimus in foedere defensivo inter Daniae regem & O. Gen. contracto. 1640. Art. 14. e) Iudicio hoc usos fuisse Batavos in Slesviceni causa, testatur eorum ad ducem Holstiae responso d. 17. août. 1713. Lamb. VIII. p. 310. „ Que L. H. P. ont examiné avec beaucoup d'attention d'un coté leurs engagemens & leurs garanties, passées conjointement avec S. M. & les autres Puissances, & de l'autre les instances réitérées de la part du duc de Holstein pour l'exécution de la garantie dans les présentes conjonctures. Quelà dessus il vint en question, si les engagemens & la garantie sont applicables au présent cas. Qu'on savoit les raisons qui étoient alléguées de la part du duc — que pareil-



ciuntur de bonis officiis per certum tempus interponendis, cum facile detegendum sit, quæ inter partes pacem justitiamque exoptet, quæ vero exuviis alterius ditare sese concupiscat. a) Maxime autem in garantiis præstandis jus consulendum crediderim. Quamobrem quoad thesin plenissime subscribo scripto Bavarico, quod, simulac pragmatica sanctio contraria juri adpareret, garantiam ipsam corruiere contendit. b)

### §. 31.

Quodsi collisio adest inter duo *jura pactitia*, aut unum alteri directo sit contrarium, aut licet sese invicem non tollant, tamen in facultate promittentis non est, utrique simul satisfacere. Generatim autem si supponantur cetera æqualia, sicuti nefas est, concludere pactum, quod iuri alieno initio statim deroget, deque aliorum rebus invitis iis disponere; ita si, res in eum statum incidant, ubi post contractum fides utrique servari nequeat, anterior conventio præferri semper debet.

### §. 32.

pareillement sont notoires les raisons, qui sont alléguées contre cela de la part dudit duc. Que les raisons de part & d'autre consistent beaucoup en faits, qui ne sont jusqu'ici fort éclaircis à L. H. P. pour pouvoir les déterminer l'adessus à déclarer, que le cas de la garantie existe présentement. Accedit, quod Russiæ Imperatrix augustissima vocata in auxilium declarasse legitur. In Merc. hist. & polit. Janv. 1779. p. 115.

a) Noviora tantum ut allegem, legatur Traité de Versailles entre la France & la cour de Vienne. 1756.

Art. 5. Mably. III. 462. Traité de Westminster. 1742. Art. 4. ibid. 433.

b) Churbayr. Manifest. die Besitznehmung von Oberösterreich betreffend. 1741. F. St. C. T. 80. p. 136. „Falls „höchst dieselbe nicht mit gutem Grund „glauben können, daß alle diejenige „Mächte, welche dem Ansinnen des „Wienerischen Hofes auf dessen ungegründete Vorstellungen beygetreten, „sich sofort von aller Verbindlichkeit „frey und ledig achten müßten, sobald „selbige von dem Unbestand der gewährten Pragmatischen Sanction hinlänglich unterrichtet seyn würden.“ F. St. C. T. 8. p. 136.



## §. 32.

Inprimis ejusmodi collisio in defensivis fœderibus occurrit, quoties il, cum quibus fœdus contraxeris, vel sese invicem bello laceffunt, vel fociorum uterque ab aliis in suo simul invaditur. Qua in re cum dubitetur sæpe, cui potius sit auxilium mittendum, paullo prolixius eam persequi haud superfluum judico. Utroque casu *alia* eorum causa est, qui *separatis fœderibus* cum uno eodemque de auxilio sunt pacti, *alia* eorum, qui *federe uno* continentur. Itaque primum de illis, deinde de his agere constitui.

## §. 33.

Quodsi igitur, qui diversis fœderum formulis ab eodem principe auxilium sibi stipulati sunt, armis inter se invicem dimicant, quænam fœderati officia sint, primo loco disquirendum est. Equidem si *prior* socius auxilium juste petat, in ulla parte illud posteriori fœdere restringi nec jus nec gentium mores patiuntur. Enimvero si *posteriori* subvenias, quid prior confœderatio impediat, sæpissime controvertitur. In qua re hodierna tempora a præterlapsis distinguenda existimo. *Olim* enim, cum quo inieras pacem, vel fœdus quoddam contraxeras, eum nec posterioris socii causa, nisi in pacto excepti, laceffere armis potueras. a) Demonstrant id contracta inter antiquos fœdera pacisque tractatus, solennesque in iis reservationes. Etenim omnes pro fundamento ponunt,

a) Traité de paix perpétuelle entre François I. & les cantons Suisses. 1516. Art. 13. „Est réservé en cette dite paix & amitié avec nous par telle manière, que si les dits de l'gues vouloient opprimer ou mener guerre à l'encontre de notre dit Saint Père, le saint empire ou autres nos alliez cidevant nommez en leurs pais, qu'ils tiennent; voulous audits nos alliez fidèlement & inviolablement tenir & observer en satisfaisant à nostre promesse les alliances & autres confédérations que devant la date des présentes avons eu avec eux. — Traité de paix entre Charles Emanuel duc de Savoie & la République de Genève de A. 1603. art. 33. Schmauff. p. 428.

ponunt, auxilio omni contra socium ferendo per fœdus initum renuntiari. Jam si suppetias priori socio ferendas (quas ipſo jure excipi ex ſupradictis adparet) expreſſe reſervare nunquam non contrahentes omiſerant, auxilium certe poſteriori socio præſtandum, niſi nominatim exceptum, ex generali regula prohibitum eſſe, non eſt quod dubitem. Præterea quotieſcunque auxilium contra hoſtes promiſerant ſocii, fœderatos ſemper excepiſſe leguntur, quo ipſo obligationem contra injuſtum licet ſocium arma non gerendi ſponte agnoſcebant. a) Quin ſæpe legitur adhibita cautio, ut quibuſcunque fœderibus poſtea contrahendis expreſſe ſocii ſocios excipere promitterent. b) Accedunt noviora, quæ anti-

a) Optime probatur fœdere inter Leibniz C. I. G. diplomaticus p. Lud. XIV. & Frid. Wilhelmum ele- 182. „ Rex Caſtellæ — non poterit ctorem Brandeburgicum. 1656. Corps „ inire treugam, ſufferentiam vel ab- diplom. T. VI. P. II. p. 129. art. XII. „ ſtinentiam guerra: facere, quin „ Lequel préſent traité ne pourra „ in treugis, ſufferentia & abſtinen- „ préjudicier aux alliances par eux „ tia contineatur & nominetur ex- „ contractées auparavant avec le Roi „ preſſe rex Franciæ, qui nunc eſt, „ & la couronné de Suede, les Pro- „ heredes & ſucceſſores regis Fran- „ vices unies des Paisbas, ou à „ cie. „ *Ewige Vereinigung und Ver- „ toutes celles, qui ont été faites par ſtändniß zwischen H. Sigismund zu „ l'une ou l'autre des parties avec Oeſterreich und den Schwetzer. A. 1477.* „ leurs cummuns amis & alliez. „ art. 7. Schmaufs. p. 111. Traité de „ Quid vero ſub hac exceptione ſenti- renouvellement d'alliance entre Hen- „ atur, ſequentibus explicatur „ avec ri IV. roi de France & les ligués des „ l'un ou l'autre deſquels l'une des „ Suiffes & Grifons. 1602. Renouvel- „ dites parties venoit à ſe brouiller, lement d'alliance entre la France & „ l'autre ne ſera tenu d'intervenir, les Cantons Catholiques de Suiſſe. „ que comme médiateur. „ Add. 1715. Art. 35. „ Et d'autant que la „ Traité d'alliance fait entre Philippe II. préſente alliance eſt la plus ancienne, „ & les cantons de Lucerne, Ury, „ & ſera toujours purement & expreſ- „ Schweiz, Underwald, Zug & Fri- ſement *réſervée & préſervée* à toutes „ bourg. 1587. autres alliances des autres Princes „ & Potentats, qui ſe trouvent poſté- „ rieurs à l'an 1521. „

b) Cf. Tractatus — initus inter Philippum regem Franciæ & Alphonſum regem Caſtellæ & Legionis.

F



antiquitatem redolent, moresque dictos luculenter comprobant. Refero huc confœderationum clausulas, quæ mutuis hostibus auxilium ferre prohibent. *a)* Cumque Helvetiorum sit, in omnibus, quæ cum exteris agunt, paternos servare mores; eosdem & in fœderibus observant, notumque est, copias, quas capitulationibus, ut vocant, fœderatis alendas permittunt, sub iisdem refervationibus *b)* concedi, ac specialibus mandatis instrui, ne fœderatorum amicorumque territoria invadant. Observatum id est, præsertim in bellis, quæ Galliam inter ac Belgas, Germanosque intercesserant, *c)* factumque in bello A. 1672. exorto, ut reformatæ religionis pagi, transgressionum causa in Belgium facta- rum, commissas Gallo copias revocaverint. *d)*

§. 34.

*a)* Tractatus fœderis. & amicitie inter Carolum II. regem M. Brit. & Carolum XI. regem Sueciæ A. 1661. Art. 2. „Neutri confœderatorum licitum erit, neque per se neque per alios quoscunque agere, tractare, aut conari quippiam alterius incommodo vel damno. *Hujusmodi* — in confœderati damnum nullatenus fovebit. „ Schmauffs. p. 754. Traité d'alliance entre la Suède & la Grande Bret. A. 1720. art. 2. Rouffet Int. Pref. T. II. P. I. 387. At additur tamen sæpe limitatio, ad aggressores tantum clausulam hanc restringens, „ lesdits rois — s'engagent & promettent réciproquement, qu'ils n'allisteront ni ne fourniront aux ennemis de l'une ou de l'autre partie, qui seront agresseurs. „ Alliance entre Charles II. roi de la Grande Bret. & Christian V. roi de Danemarck. 1670. Art. III.

*b)* Alliance entre les Seign. les

Etats G. & le louable Canton de Berne. d. 21. Jun. 1712. art. 17. Schmauff. T. I. p. 1276. *Erneuerung der Allianz zwischen S. allerchristl. Majestæt eines theils, und den 1661. Cath. Cantons in der Schweiz andern theils.* 1715. Art. 33. ibid. p. 1506.

*c)* Faciunt huc: Représentations du comte de Trautmannsdorf aux députés des Cantons. 1702. Lamb. II. p. 43. n. 2. „ Qu'au fuit des transgressions S. M. I. s'attendoit, que le corps Helvétique y remédieroit tout de bon, & ne permettroit jamais à ses troupes, qui étoient au service de France de servir aux Paisbas ou contre eux, ni dans le Milanois ni dans aucune autre partie de la monarchie d'Espagne. „ Cf. Vattel droit des Gens. L. III. cap. 6. §. 98.

*d)* Theatrum Europæum ad a. 1673. p. 292. — 4.



## S. 34.

Sed ita dices fiet, ut fœderato contra priorem fœderatum succurrere nunquam licuerit. Quod vero magnopere negaverim. Nam licet invadere socii territoria nefas fuisse ex superioribus pateat, tamen aliena contra socium defendere non minus erat licitum. Quod credo ex principio venisse, quod & hodie ubique agnoscitur, neutrarum partium officia non lædere, qui ex priori pacto ad solam defensionem fœderato auxilia mittant. In qua re Helvetiorum exempla & frequentissimas exceptiones, reservationibus modo adductis annexas, testes adduco. De illis constat, quod utrique sæpe parti ad defendendas ditones concesserint copias. a) Hæ autem in pristinis tantum non omnibus fœderum pactis leguntur, cum mere passivæ terrarum defensionis, sine omni exceptione vel reservatione præstandæ, mentionem adjectam nunquam non deprehendamus. b)

## S. 35.

Hodierni mores longe alia observant, neglectaque temporis distinctione fœderato contra fœderatum succurrere rejecto supra dicto limite permittunt. Quod maxime tribuo novioribus illis Juris naturæ principiis, quæ negant pacem lædi, si fœderati justis armis tua jungas, quæque collisione inter socios exorta, a parte

F 2

te

a) REALS Staatskunst. T. V. p. 473. Exemplum defensionis contra fœderatum invenimus in bello de successione Caroli II. gesto, ubi Helvetii de defensione Sabaudie sequentia proferunt in Mémoire des Cantons de Berne & de Fribourg au duc de Feuilleade. A. 1704. „Comme ils regardent la Savoie comme une barrière, & qu'ils ont faits des réserves par le traité de la paix perpétuelle conclû avec le Roi François I. de glorieuse mémoire & du depuis dans tous les traités d'alliance, de la pouvoir conserver, il ne faut pas être surpris si aujourd'hui les cantons entrent dans tous les soins de leurs prédecesseurs.“ LAMB. III. p. 163.

b) Erneuerung der Allianz zwischen S. allerchristl. Maj. und den teubl. Cath. Cantons in der Schweiz. 1715. Art. 34. SCHMAUSS. p. 1506.



te iustitiæ stare iubent. a) Quæ etiam causa est, cur reservationes antiquitati frequentissimas noviori tempore invenire in pactis vix liceat. Eodem potius pacto & renovantur anteriora fœdera & confirmantur præsentia, & utraque ceu nullo modo contraria ad plenum effectum deduci promittuntur. b) Quin & cavere legimus, ne fœdus initum in contrahendis novis pacifcentes ullatenus impediatur, neve tractatibus cum aliis Regibus ineundis præfens quicquam derogat. c) Nec sane secundum naturæ principia injuste agere arbitror, qui socii causa priorem licet socium ad defendendum oppressum invaserit. Nam etsi armis captis contractum fœdus dissolvitur, factoque adeo suo, qui socium socii causa invaserit, ab obligatione pacti se ipse exemisse videtur, d) attamen qui factio injusto rupturæ ansam dedit, sibi ipsi iacturam socii imputet. Cumque contracta fœdera publicari semper solenne sit,

- a) Vattel l. c. L. II. c. 12. §. 168. „ alliance, lesdits traités & conven-  
L. III. c. 6. §. 83. Grotius de iure „ tions ne pourront être affoiblies  
belli & pacis. L. II. c. 25. §. 4. „ par cette accession, mais resteront  
b) Fœdus inter Christianam Regi- „ dans leur entière vigueur & L. M.  
nam Sueciæ & Ordines Gen. fœdera- „ déclarent en même tems, qu'elles  
ti Belgii 1640. Art. 13. Schmauss. „ dès à présent & seront toujours  
515. Inter Suecorum Reginam & Ge- „ dans la ferme résolution — d'ob-  
orgium M. Brit. Regem. Art. 10. A. „ server fidèlement tous les engage-  
1729. ibid. p. 1812. *Defensiv-Allianz* „ mens pris par le présent traité, sans  
*zwischen Schweden und Moskau.* 1724. „ y manquer ni contrevenir en au-  
art. XVI. ibid. p. 1974. Accession de la „ cune manière sous prétexte des trai-  
Suède au traité de Hannover 1727. „ tez & engagements antérieurs, ni  
art. sep. 1. „ Comme l'alliance dé- „ sous quelqu'autre que ce soit. „  
„ sensive conclue à Hannover 1725. ROUSSET Int. Pr. T. II. P. I. p. 514.  
„ n'a pour but, que la paix & la tran- „ Traité d'alliance entre les Electorats  
„ quillité de l'Europe & particulièrement de Saxe & de Hannover. 1731. Art.  
„ rement celle du Nord, S. M. le Roi 14. ibid. 370.  
„ & la Couronne de Suede aussi bien, c) Articuli pacis inter reges Daniæ  
„ que L. M. les Rois de la Grande Br. & ordines Generales fœderati Belgii  
„ & T. Chr. déclarent, que n'étant A. 1645. art. 1. SCHMAUSS. p. 537.  
„ point engagées par aucun traité ni d) Quod argumentum profert Christ.  
„ convention avec d'autres puissances Thomafius diss. Jurid. VI. de sponsi-  
„ ces, qui seroient contraires à cette one romanorum caudina §. 24.

fit, qui nihilominus focium invadit, consensisse in foederati auxilium juriq[ue] suo renuntiasse merito censetur. a)

§. 36.

Si *foedera plura* ita inter se collidant, ut *foederatis omnibus simul succurrere vires contrahentis excedat*, priori semper standum esse vel ex eo patet, quod jus quaesitum semel pactis inter alios conventis foederato demi nequeat. Cautela tamen est, conventionem foederis inita priorum pacta expressis verbis eximere. Si enim, cum quo postea contraxeris, contractam jam obligationem nescierit, & culpa tua damnum perpeffus sit, detrimenti restitutio omni jure petetur. Prudenter itaque Grifones egerunt, confederatione contracta cum Venetis expresse stipulati, ut si Galliae rex omnes promissas copias conscriperit, sex millium loco quatuor solummodo Venetorum republicae cederent: prudenter Suecia regina & foederati Belgii ordines, eandem clausulam confederationi inita inferentes. b)

F 3

§. 5.

a) Applicari hic potest, quod de pace componenda ob focii defensionem penultimo in Germania bello disputatum legimus. cf. Lettre du 6. Nov. 1756. sur le mémoire raisonné. Strasbourg. „Si deux puissances font de pareilles alliances de défense réciproque, elles ont soin de les publier, afin que chacun sache, qu'attaquer l'un est faire la guerre à l'autre. Or donc si deux puissances déclarent publiquement de s'être liées tellement ensemble, que qui attaqueroit l'une seroit réputé & traité comme l'ennemi de l'autre, celui qui non obstant de cela fait la guerre à l'une d'entre elle,

„ consent par là d'avoir pour ennemi l'autre, & de voir désormais sans effet les traités de paix, qu'il avoit avec elles., cf. *Anmerkungen über die von Anbeginn des gegenwärtigen Kriegs anhero zum öffentlichen Druck gedruckenen Königl. Preussischen Kriegsmanifesten. Circularien und Mémoires.* FABERS St. C. T. 112. p. 695.

b) Traité d'alliance entre la répub. de Venise & celle des Grifons, fait 1602. art. 8. Corps diplom. V. 2. p. 21. Tractatus foederis inter reginam Sueciae & ordines foed. Belgii. 1640. art. 4. Schmauis. p. 517.

Quid autem si unum fœdus plures socios contineat? (§. 32.) Equidem si bellum inter ipsos socios exarserit, oppresso socio succurrere arbitrii magis quam officii esse arbitrator. Cum enim fœderis pactum contrahentes contra externam tantum vim conjungere sese præsumentur, a) cumque plurima fœderum nominatim b) contra extraneos contracta sint; de suis ipsorum dissidiis in stipulandis auxiliis cogitasse non censentur. c) Sunt tamen qui & huic rei prospexerant. Cui fini plerumque electi sunt, qui controversiam inter socios, cognitione habita; austrægali sententia deciderent, conventumque est, ut qui non paruisset, communis fœderatorum hostis censeretur. d) Aliud est, si pluribus inter socios ab extero bellum inferatur, qua in re officio satisfecisse videtur, qui simplum præsiterit, quod dividendum inter singu-

a) Quod nostro præsertim seculo affirmandum est, quo fœderum scopus in conservando æquilibrio præcipue ponitur, quo Europæ gentes in partes scinduntur, quarum alia contra aliam communi virtute nititur. Exemplum illustre præbent fœdera Hannoveræ & Viennæ conclusa, Europam omnem olim dividunt.

b) Cf. Tractatus Cæsarem inter & Galliæ ac M. Britanniæ reges pro pacificatione Europæ initus 1718. art. VII. „a quocunque alio principe, Schmaufs p. 1731.

c) Consentit Vattel l. c. L. III. C. VI. §. 93.

d) Sic fœderi Suevico suas peculiares austragas fuisse ex jure Germaniæ publico constat. conf. & Bund der drey Waldstädte Uri, Schweiz und Unterwalden. A. 1315. Schmaufs. C.

I. G. P. I. p. 22. „Wäre auch daß sich ein Mißthelle oder Krieg erhebe „oder aufferstünde, unter den Eydtgenossen, dazu sollen die besten und weizigsten demne kommen, und sollen den Krieg und Mißthelle schlichten und hinlegen nach Minen oder nach Rechte. Und wederer Theil das verspreche, so sollen die andern Eidgenossen dem andern Minne oder Rechts behoffen seyn; würde auch deheim Stoß oder Krieg zwischen den Ländern, und thro ems von dem andern weder Minne noch Recht nehmen wolt, so soll das drüt Land das gehorsam beschirmen, und ihm Minne und Rechts beholffen seyn... Bündniß der Cantons Lucern, Uri, Schweiz und Unterwalden. A. 1322. ibid. p. 23. §. 3. Simile quid sancitur in fœdere Rhenano 1650. concluso art. 1.

singulos, sociorum conventioni relinquitur. a) Etenim sœdus defensivum societatem constituit; finis in mutua membrorum securitate, conferenda à singulis in definita auxilii quantitate consistunt. Itaque quot casus sunt, in quibus societas auxilio indiget, toties, nec ultra, ad conferendam ratam socius tenetur. Cumque is unus tantum sit, seu plures socii simul, seu unicus tantum injuriam patiatur; & simpliciter solummodo præstandum esse jure contenditur.

§. 38.

Tertium, quo juris notio constat, in *ratione legali* consistit, quæ jus, ex pacto ortum, constituit, partumque conservat (§. 11.). De quo nunc paucis differemus.

§. 39.

Dominii omnis ac juris omnis fundamentum consistit in eo, quod res humanæ hominesque hominum causa nascantur, adeoque cuivis natura jus competat, & rerum usu, quæ prostant, & aliena opera sibi suisque consulendi. Ad quod cum usus, qui momento finitur, non sufficiat, possessionis & longinquitas & certitudo requiritur. Quam si ad usum rerum nullius adjunxeris, dominium occupatione quæsitum; sin vero referas ad usum rerum operarumque alienarum, consensu domini probatum, pactorum sanctitatem habebis. Enimvero non raro evenit, ut eadem ratio, qua rerum dominia pactorumque fides fundantur, jus acquisitum dominiumque evertat. Sint jura domini, vel ea, quæ pacto

---

a) Consentit Traité d'alliance entre l'Empereur & les Electorats de Saxe & de Hannovre 1719. art. 4. Quod si acciderit, duos federatorum in suis ditionibus eodem tempore simul infestari, tunc ambo „ super dispositione operationum militarium atque super usu auxiliorum a parte extra periculum committenda mittendorum in commune consulent, statuentque., Roufflet Int. Préf. T. II. P. 1. p. 558.

pacto quæsieris, oblivione e hominum memoria deleta. Des ipsis eandem vim, quam olim habuerunt, cum exercitio suo in omnium mente versarentur. Certitudinem in jurium usu rerumque possessione necessariam, quæ fundamentum domini est, contractique pacto vinculi, e vita civili exterminas. Nec enim vacuas res per occupationem acquirere, vel jam possessas contractu in temet transferre, nec quicumque posses cum certitudine promittere, vel aliud quicumque agere, quod certam ac diuturnam possessionem requirit. Vides exinde domini jus vel aliud quodcumque conventionem quæsitum, si illi, deleta jam ex hominum memoria, valorem quandam tribuas, cum ipso suo fundamento pugnare, eandemque adeo rationem, quæ vim pactorum dominiumque induxerit, illorum, si tempore sint obsoleta, extinctionem, præscriptionem scilicet, suadere.

#### §. 40.

In omni autem præscriptione collisio adit necesse est antiquioris juris, ejusdemque vetustate in hominum memoria deleti, cum usu possessioneque nunc possidentis. Itaque *primum* requisitum pono, ut juri præscribens contrarium jus exercent; qui jus in re possessione vel pacto quæsitum præscribit, contrario usu jus alienum extinguat, qui facere pativè quicumque tenetur, non faciat vel prohibeat; qui merces quasdam à sola gente aliqua exclusis ceteris emere promissit, venditores alios adeat; qui jura comærcii præcipua concessit, ea refingat; qui vectigalia pacto restrinxit, majora exigat; qui servitutem territorio imposuit, libertate utatur. Et quoniam jus antiquius ita comparatum esse oportet, ut ob memoriam ejus in vita publica deletam a) constare de eo possessori novo non possit, *ex altera parte* non usus per

a) Memoriam in monumentis absconditis servatam, cum in rebus ægendis parvissimi momenti sit, nec impedire, periculum est. certitudinem jurium, quam quærimus, efficiat, præscriptionem non

per immemoriale tempus requiritur. Quamobrem actus, quo quis jus obsoletum ultimo loco exercuit, ita remotus sit, necesse est, ut neque publica inter homines, neque apud præscribentem de eo memoria existat.

### §. 41.

Si perquiramus, quid scripta publica de præscriptione sentiant, quid mores gentium observent, fere omnes in eo conveniunt, ut existentiam ejus agnoscant, licet in requisitis differant. In quo, cum rerum dominique præscriptionem cum ea, quæ jura pacifica extinguit, fundamentis hisdem niti viderimus, cumque monumenta publica posterioris generis exempla vix exhibeant, quæ de priori obvenerant, attulisse sufficiat, ut, si probaverim præscriptionem dominii receptam, ad pacta tempore extinguenta argumentum ducatur. Ut taceam ea, quæ ex romano canonicoque codice gentium juri olim sunt adscuta, *a)* extant litteræ à Sacro Rom. Imperio ad Ludovicum XIV. Gallorum regem missæ, quæ nostrum de præscriptione principium plenissime confirmant. „Longe, inquit, iniquius foret, status immemoriali & plurium seculorum possessione innixos ad editionem titulorum suorum contra omnia jura cogere. *Hoc enim modo totius orbis possessiones & rerum dominia incerta redderentur.*“, *b)* Nec facile deprehendes controversiam de jure quodam antiquo inter principes agitatam, quin inter exceptiones præscriptionem quoque invenias. Quam, licet nunquam non contraria pars replicando evertere studeat: agnoscit tamen plerumque tanquam in jure fundatam, adhibitam modo injuste ob requisitorum defectum  
affir-

*a)* Exemplo est *Manifest der Königl. Majestät des Königreichs Portugal die Erhebung auf den Thron Johannis IV. betreffend 1641.* Schmaufs. C. I. G. p. 2296.  
*b)* LONDORP acta publica T. XI. p. 82.



affirmans. Itaque præscriptio est, qua *pagi Helvetia* avulsa ab Imperio territoria defendunt, *a)* qua *Pontifex* Parmæ superioritatem tuetur, *b)* *Florentini* ex Medicea familia duces, *c)* ac *Venetii* *d)* libertatem contra Imperatores vindicant, *Boruffie Rex* contra Teutonicum ordinem *e)* comitesque Nassoviæ *f)* propugnatur, *Sabazia Dux* formatas Gallia in Niciensem comitatum prætenfiones excipit, *g)* *Hispania Navarræ* *b)* & *Ruillionis* *i)* possessionem iustificat, *Belgæque* commercium Ostendani impugnant. *k)* Accedunt pacta nominatim contra temporis lapsum conventa *l)* frequentiaque contra oblivionem juris remedia. *m)*  
De

*a)* Lettre des Cantons de Zurich & de Berne à la Diète de Ratisbonne. LAMB. VIII, 513.

*b)* ROUSSET interêts préf. T. I. p. 73. ubi in scripto defensoris sedis apostolicæ sequentia leguntur: „Enfin la prescription avec toutes conditions requises est favorable au S. Siege par la disposition du droit des gens & du droit naturel & divin, auquel sont sujets les Allemands, l'empire & tout le genre humain, puisqu'on ne peut autrement trouver un expédient, pour rendre stable une paix publique, en levant d'incertitude du domaine, sans quoi il n'y avoit pas de paix à espérer. —

*c)* Roussel ibid. p. 94. responsum Imperii extat p. 95. ubi præscriptionem tollendorum iurium modum esse non negatur, sed requisita ejus demonstrari non posse contenditur.

*d)* ROUSSET. ibid. p. 104. 106.

*e)* Cui filentium centenarium oppositum legimus in MOSERS *Versuch des neuesten Europ. Völkerrechts*, T. V. p. 111. FABERS ST. C. T. 24. p. 157.

SCHWEDER. theatrum prætenfionum. T. I. p. 881.

*f)* ROUSSET I. Pr. T. I. P. II. p. 569.

*g)* ibid. Supplement. p. 199.

*h)* ibid. T. I. p. 375.

*i)* ibid. T. I. P. I. p. 422.

*k)* Adparet id ex Vérité du droit ou défense du commerce des pais-bas autrichiens. ROUSSET recueil hist. T. III. p. 77.

*l)* *Extrait aus dem Frieden zw Cambray zwischen Carl V. und Franz I. A. 1529. art. 2.* „non obstant quelle prescription ou laps de temps, que l'on peut alléguer au contraire,“ SCHMAUSS. C. I. G. p. 233. *aus dem Pyrenaischen Friedenstractat zwischen Spanien und Frankreich 1659. art. 90. ibid. p. 705.*

*m)* Refertur huc decretum Sabaudia duci in lite de ducatu Montisferratenfi contra præscriptionem a Rudolpho H. Imperatore indultum. SCHWEDER I. c. P. I. p. 522. addantur protestationes, tit. armoruniquæ gestatio.



De quo multo minus dubitatur, si inter Imperii Principes lis ventiletur, quos, cum Romano ac Feudali jure in non exceptis regantur, præscriptionem agnoscere, & à priori jam concluditur, & scripta publica confirmant. Sed erant tamen, & hodie sunt adhuc, qui temporis lapsui in detrudendis juribus momentum omne denegant. *Borussia* certe *defensor* in causa *Pomerellæ a)* rationibus ex naturali jure desuntis præscriptionis valorem exterminare e jure conatur. At addit tamen, quæ, licet temporis lapsus validus assumatur, Brandenburgicæ jura contra præscriptionem tuentur, manifesto indicio, doctrinam nostram consensu gentium usuque diuturno firmari. Eadem vestigia sequitur, cui *Brunsvicensis jura* contra episcopum *Hildeshemensem* vindicare commissum *fuert. b)* Accedit *Ordo Teutonicus*, qui afferendo sibi *Livoniæ ducatum*, quæ ab initio injusta sint, convalescere tractu temporis negat. *c)* Denique pertinacissimi præscriptionis

G 2

nis

a) *FABERS Neueste Europ. Staats-* „ *ring verlangen...* — Cui addi potest quod in lite de principatibus Silesiæ à defensore Brandenburgicæ allegatum est. *Brandenburgische Beantwortung:* „*Weil das jus agendi unversal an keine Zeit gebunden ist, so hat es jederzeit von dem Churhau Brandenburg abhänget, wenn es conuenable findet, sein Recht wieder zu vindiciren.*“ *Sel. I. P. T. V. p. 332.*  
 b) Cum enim *Brunsvicensi juri*, in comitatu *Peinam* in episcopatu *Hildesheim* situm vindicato, opponeretur præscriptio, replicatum fuit „*que præscriptio juris civilis n'ètoit pas valide entre les Princes d'Allemagne, qui se régloient seulement par le droit naturel, lequel ne connoit aucune prescription.*“ *Rousset Int. Pr. T. I. P. 2. p. 761.*  
 c) *Fabers neue StaatsC. T. II. p. 89.*  
 a) *FABERS Neueste Europ. Staats-* „ *ring verlangen...* — Cui addi potest quod in lite de principatibus Silesiæ à defensore Brandenburgicæ allegatum est. *Brandenburgische Beantwortung:* „*Weil das jus agendi unversal an keine Zeit gebunden ist, so hat es jederzeit von dem Churhau Brandenburg abhänget, wenn es conuenable findet, sein Recht wieder zu vindiciren.*“ *Sel. I. P. T. V. p. 332.*  
 b) Cum enim *Brunsvicensi juri*, in comitatu *Peinam* in episcopatu *Hildesheim* situm vindicato, opponeretur præscriptio, replicatum fuit „*que præscriptio juris civilis n'ètoit pas valide entre les Princes d'Allemagne, qui se régloient seulement par le droit naturel, lequel ne connoit aucune prescription.*“ *Rousset Int. Pr. T. I. P. 2. p. 761.*  
 c) *Fabers neue StaatsC. T. II. p. 89.*  
 „ *Wenn man auch diesen ganzen Streit unentschieden lasse, so hat dennoch die Verjährung - im gegenwärtigen Fall - keine von den Eigenschaften, welche die Vertheidiger der Verjährung verlangen...*“ — Cui addi potest quod in lite de principatibus Silesiæ à defensore Brandenburgicæ allegatum est. *Brandenburgische Beantwortung:* „*Weil das jus agendi unversal an keine Zeit gebunden ist, so hat es jederzeit von dem Churhau Brandenburg abhänget, wenn es conuenable findet, sein Recht wieder zu vindiciren.*“ *Sel. I. P. T. V. p. 332.*  
 b) Cum enim *Brunsvicensi juri*, in comitatu *Peinam* in episcopatu *Hildesheim* situm vindicato, opponeretur præscriptio, replicatum fuit „*que præscriptio juris civilis n'ètoit pas valide entre les Princes d'Allemagne, qui se régloient seulement par le droit naturel, lequel ne connoit aucune prescription.*“ *Rousset Int. Pr. T. I. P. 2. p. 761.*  
 c) *Fabers neue StaatsC. T. II. p. 89.*

nis omnis inimici sunt, qui *Gallie* juribus patrocinantur. *a*) Nec credas Gallos hodierno demum tempore fovere ea principia, quæ Caroli IX. Regis temporibus jam deprehendere licet. *b*) Quæ tamen, cum multa dentur à Galliæ licet scriptoribus allata, quæ ceteris Europæ gentibus non arrideant, cumque reliquorum plerique ad jus naturæ se referant, quod contra statuere supra jam dictum est, ad subruendum præscriptionis valorem nihil conferre nemo non videt.

### §. 42.

Si quæras, quid de singulis præscriptionis requisitis *consuetudines Europæ* statuant, nihil uniforme ac consentiens invenies. Videbis alios solam possessionem per temporis lapsum firmatum, alios justum titulum bonamque fidem, alios longissimum tempus, immemoriale alios requirere. In qua varietate jus naturæ sequi optimum duco, de quo, ne dicta repetam, ad præcedentia (§. 40.) lectorem relegare sufficiat.

### §. 43.

Ultimum in præscriptionis materia est, de interruptione ejus paucissima disserere. In qua re optimum arbitror, interrompendi

*a* Prætenderunt id in lite de comitatu Roussillon cum Hispania agitata. ROUSSET. Int. Pr. T. I. P. I. p. 423. Decedente præterea Henrico Lusitanæ rege A. 1580. Catharina ex Mediceorum familia, Henrici II. Galliæ regis conjux, successione præterendit. Cui cum Lusitani præscriptionem inter alia opponerent, a Gallis replicatum fertur. præscriptionem inter gentes nunquam obtinere. cf. Roussel. ibid. T. II. Suppl. p. 183.

*b*) Cum nempe Angliæ Regina restitutionem Caleti a Carolo Galliæ rege instanter urgeret, possessionem ducentorum annorum allegans, Carolus rem ad consiliarios rejecit, e quibus Michaël Hospitalius cancellarius „Præscriptionem, inquit, quam „allegant, inter principes locum habere nullum, sed jas semper valere., Puteanus les droits du roi Très Chretien.

pendi modos ex requisitis ejus deducere. Itaque cum duo potissimum requirantur, ex altera parte possessio præscribendo juri contraria, ex altera non usus juris ita diuturnus, ut ejus memoria nec in publico extet, nec apud noviter possidentem; (§. 40.) duplici quoque via præscriptio interrumpitur, dum vel præscribens possessione juris exiit, vel prior dominus memoriam suam quocumque actu interire in hominum mente non sinit. Quo pertinent præcipue diversa protestationum genera, a) in pacis præsertim congressibus nunquam non obvia, titulorum armorum-

G 3

que

a) Protestationes eas contra præscriptionem potissimum interponi, ex ipso eorum tenore edocentur. cf. Protestation faite par le Duc de Luyne & de Chévreuses contre la paix d'Utrecht. A. 1713. Actes de la paix d'Utrecht. T. IV. p. 1. „à ce que le „ laps du tems, qui a couru & pour- „ roit contr à l'avenir ne nous puis- „ se être imputé., „ Insinuantur illæ non raro iis, quorum potissimum interest, quosque obligari nobis contendimus. Sæpissime vero in congressibus, pacis concludendæ causa institutis, usu veniunt, ubi si per mediatorem negotia tractantur, huic protestationes offeruntur, receptarumque testimonium ab eo redditur. cf. Actes de la paix de Nimègue, T. III. 570. Protestation de M. le président Canon ministre plénipotentiaire de S. A. S. de Lorraine contre le traité de paix. 1679. „fait & déli- „ vré à Sa Seigneurie illustrissime M. le Nonce de S. Sainteté, médiateur. „ (à son excellence M. Jenkins Amb. „ extraord. de S. M. de la Gr. Bret. „ médiateur.), „ Actes de la paix de Ryswick T. IV. p. 135. 139. Protestation faite au nom du Sérén. Prince d'Offrisse contre l'article, par lequel la ville d'Emden s' est fait comprendre en particulier dans le traité de paix. présenté aux médiateurs. 1697. Certificat touchant la réception de la protestation — ou extrait du Protocole de la médiation. Sin vero nullus sit, qui mediatoris partes obierit, easdem etiam coram magistratu civitatis, in qua congressus celebratur, deponi posse, exempla docent. Actes de la paix d'Utrecht. T. IV. p. 1. „ Protestons devant le vénérable ma- „ gistrat & la régence d'Utrecht — „ pour plus grande notoriété de cette „ protestation, nous la déposons en „ original — dans les Archives de „ l'hôtel de ville d'Utrecht, requé- „ rant le vénérable magistrat & la „ régence de nous accorder acte du „ dit dépôt, ainsi que des susdites „ Protestations., cf. ibid. p. II. 12. — 19. 33. — 38. 42. 47. MABLY. III. 104. Protestation du Prince Edouard fils du Prétendant remise au magistrat d'Aix-la chapelle.



que usus *a*) & alia, quæ omnia allegando, longus nimis evaderem.

§. 44.

Recensitis pactitia jura tollendi modis, quæ notione pactitii juris nituntur, (§. 10.) qua ratione jus pacto alteri questum propter illatam injuriam violari & vel revocari plane possit, disquirendum est. Læso autem ejusmodi duplici ratione fieri potest, *alia* connexionem cum jure concessio habet, *alia* non ita cum eo conjuncta est. Illi *abusum juris*, *reciprocique promissi denegationem*, huic, quas vocant, *repressalias*, *bellumque exortum* annuero. De singulis sigillatim.

§. 45.

*Abusum juris* (§. 44.), quatenus huc loci spectat, quamcunque dico indulti juris ad damnum concedenti inferendum adhibitionem. Quem quidem, multi sunt, qui inter modos tollendi

*a* Exposition historique du droit de S. A. R. M. le duc de Schleswig Holstein à la Succession de Juliers, ubi interruptam possessionem esse auctor contendit tam ex usu titulorum quam ex protestatione interposita: „Charles Gustave voyant ses mouvemens - sans effet, commença pour conserver ses prétentions par ajouter les titres des états de la succession à ses autres titres. „Sel. I. P. p. 86. lorsqu'après la mort de l'Empereur Leopold S. M. le roi de Prusse prit comme électeur de Brandebourg l'investiture — Charles XII. donna ordre à son ministre à la cour de Vienne d'interposer en son nom une protestation en cas, que S. M. Prussienne voulut en même tems prétendre celle des pais de la succession., p. 66. Idem ex ceperunt principes Nassovia in lite de principatu Meurs, que la maison de Saarbruck — n'avoit pas manqué de porter jusqu'à présent dans ses armes celle de Saarwerden avec celle de Meurs, d'où l'on concluoit avec raison, que la prescription ne pouvoit pas porter aucun préjudice à leurs prétentions., ROUSSET. Int. Préf. T. I. P. II. p. 569. Galli in lite de regno Navarrie eodem fundamento interruptionem prescriptionis superstruunt. *ibid.* I. 378.

di jura referunt. Cum quibus equidem ut sentiam, impetrare à me nequeo. Tametsi enim, cum de cive sermo est, privilegio abutentem jactura juris punire imperanti integrum esse persuasum habeam: longe aliud in gentibus obtinere crediderim, quæ nullum principem, nullamque poenam admittunt. Itaque distinguendum censeo. Quodsi concessio jure ita abutaris, ut obligationes lædas, in exercendo illo ex pacto inito servandas, reciproce obligationis læsio concessionis revocandæ legitimam causam præbet. Sin vero læsio ita comparata sit, ut solam juris ultra contractus mentem extensionem contineat, vel ei concessio occasionem vel medium præbuerit: omnis extinguendi juris ratio in sola læsionis natura quaerenda est, quam vero jura tantum suspendere, non abrogare profus, ex sequentibus patet.

§. 46.

Progredior igitur ad *læsionem obligationis reciproca*, (§. 44.) Qua in re regula est, & naturali jure & gentium unanimi consensu recepta, quod prior conventionem qui læserit, alterum obligatione reciproca liberet. *Quid* itaque læsionem ejusmodi contineat, *quatenus* obligationem mutuam rescindat, disquirendum est. Generatim præmittendum, læsionem omnem, ut genti imputetur, ab imperante perpetrata, aut certe consensu vel rati habitatione ejusdem confirmatam esse oportere. Elicitur id vel ex natura civitatis, cujus voluntas, tanquam personæ moralis, non sigillatim in membris, sed in unita omnium mente residet, vel in illius animo, qui repræsentat rempublicam. Consentiant Europæ gentium mores, quæ mox lædentes, alterius sceptro subiectos, ad imperantem ipsorum deferunt, a) mox verbis expressis

a) Ita captis A. 1755. ab Anglis ptas satisfactionem prius ab Angliæ duobus navigiis, ad Galliæ Regem Rege petitam legimus, in *Schreiben* pertinentibus, ante hostilitates in- des Königl. Franz. Staatsministers und  
Secre-



pressis declarant, quod pacta, inter imperantes inita, à singulis non rumpantur, a) mox aliorum gravamina prætexta facinorum à subditis commissorum ignorantia amoliri student, quæ demum nullum fere nec pacis nec amicitiae nec commercii foedus concludunt, quin caveant simul, ut „*si subditus paciscentium faciat aut committat aliquid, quo minus observetur præsens tractatus, pax non idcirco interrumpatur.*„ b)

§. 47.

Pacta cum aut præstanda contineant, vel de omissione caveant, duplex promissi violatio intelligitur, dum vel præstanda

Secretarii H. Rouillé an den Grosbritt. „*M. une satisfaction proportionnée à*  
 Staatssecretarium H. Fox. 1755. FA- „*l'injure & au dommage...*  
 BERS ST. C. T. 110. p. 641. „*L'at-*  
 „*taque — & la prise de deux vail-*  
 „*seau du Roi en pleine mer, & sans*  
 „*déclaration de guerre étoient une*  
 „*insulte publique au pavillon de S.*  
 „*M. & elle auroit témoigné sur le*  
 „*champ tout le juste ressentiment,*  
 „*que lui inspiroit une entreprise*  
 „*si irrégulière & si violente, si elle*  
 „*avoit pu croire, que l'amiral Bosc-*  
 „*quen n'étoit agi, que par les ordres de*  
 „*la cour.* Le même motif avoit d'a-  
 „*bord suspendu le jugement du Roi*  
 „*sur les pirateries, que les vail-*  
 „*seaux de guerre anglois exerceat*  
 „*depuis plusieurs mois contre la na-*  
 „*vigation & le commerce des su-*  
 „*jets de sa M. — Le Roi avoit*  
 „*lieu d'attendre des sentimens de*  
 „*S. M. Brit., qu'à son retour à*  
 „*Londres elle déjourneroit la condui-*  
 „*te de son amiral & de ses officiers*  
 „*de mer, & qu'elle donneroit à S.*  
 „*T. 12. p. 330.*  
 „*a) Factum id est in bello de suc-*  
 „*cessionem Caroli II. gesto, in quo,*  
 „*cum ob infractam à præfecto Rhin-*  
 „*bergæ neutralitatis conventionem*  
 „*Borussicæ copie in terras episcopa-*  
 „*tus Colonienlis Saurland dictas ir-*  
 „*rumpent, conquestus de eare Colo-*  
 „*nenis legatus allegavit. „Que le traité*  
 „*de neutralité ne pouvoit être rompu par*  
 „*un particulier.* LAMB. II. 293.  
 „*b) Tractatus pacis inter M. Brit.*  
 „*Reginam & Regem Christianissimum*  
 „*1713. art. 18. SCHMAUSS. p. 1534.*  
 „*inter M. Brit. Reginam & Regem*  
 „*Hispaniarum. 1713. art. 17. p. 1426.*  
 „*Articleul pacis inter Regem Regnatu-*  
 „*que Portugallie & ordines Genera-*  
 „*les 1661. §. 17. p. 749. „Waffensoll-*  
 „*stand zwischen dem Preuss. General*  
 „*Wärner und dem Russischen General von*  
 „*Totleben d. 12. May. 1761. art. 7. Bey-*  
 „*träge zur Staats- und Kriegsgeschichte.*  
 „*S. T. 12. p. 330.*

omittimus, vel committuntur, quæ omitti pœnitia fides requirit. Præstationi si tempus præscriptum sit, præterlapso termino nulum dubium est, quin rupta censeatur conventio, si debitor præstanda omittat. Sin vero nulla temporis mentio tractatui inferatur: aut repetita monitio requiritur, ut animus frangendi fidem adpareat, a) aut res necesse est, ut eo devenierit, ut pacti fidem liberare promittenti jam non sit integrum, aut denique partem alteram expressis verbis perfidiæ animum declarasse oportet. Quod vero attinet ad *facta conventione prohibita*, transgressio unica rupisse pactum videtur, nec reparationi damni satisfactum debito arbitror, cum res pro re invito nequeat persolvi. Neque qui pœnam transgressionis stipulati sunt, a jure suo recessisse censentur. Nec enim stipulantes, à læsione securos se reddituri, ligare

a) Ita Hispaniæ Rex per totum annum expectasse se affirmat in scripto, quo se ob fœderatorum moram solum ab obligatione in Seviliensi tractatu contracta declarat. ROUSSET recueil. T. VI. p. 11. Specialis de ea re cautio est in fœdere inter Hispaniæ regem Philippum II. & Helvetiæ civitates A. 1587. contracto. art. 16. Corps diplomatique ad d. a. „Nous — réservons expressément, qu'au cas, qu'il soit manqué aux articles cidevant écrits, ou paiement des pensions appartenantes au magistrat, que S. M. nous a promises, lesquelles elle nous devra en vertu de cette alliance, & promis de nous payer dans un an: Si l'an expiré nous ne sommes payez, nous en devons faire un annoncement personnel & protestation à son Gouverneur de Milan, & après dé-

„meurera à notre bon plaisir de continuer davantage ladite alliance, ce, ou non.,,

b) Quod exceptum est in lite de successione Lauenburgensi. Cum enim Mecklenburgiæ Duces confraternitatis pactum allegassent, rege-  
 „tum iis à Brunsvicensibus fuit: „que  
 „la situation des affaires du Meck-  
 „lenbourg étoit bien changée dé-  
 „puis ce tems là — de telle manière, que ni la convention mutuelle faite en 1413. ni celle qui fut renouvelée en 1518. n'avoient pû être accomplies.,, Nam agnito recentius Borussii Regis succedendi jure, eo ipso agnitum est, successionem eam à Duce pro lubitu ad alium transferri non posse, nec itaque confraternitatis pactum vim ullam ex parte ipsorum habere. ROUSSET. Int. pr. T. I. P. II. p. 631.

H



gare sibi manus in persequendo debito intendunt, nec promittentes suscepta obligatione accessoria derogasse principali videntur.

### §. 48.

Quodsi itaque conventionis læsio extiterit, licet unicum tantum ex ea articulum violes, a tota tamen reciproci obligatione contrahentem alterum liberas. *a)* Etenim in omni pacto reciproco promissorum æqualitas consensu partium æstimata requiritur. Simulatque igitur contrahentium alter ab obligatione recesserit, æqualitatis ea natura est, ut alteri liberum relinquat, quanti jus facto perjuri amissum æstimet, quantumque adeo ex obligatione sua ad restituendum æquilibrium detrahere velit. Cumque proinde ex solo arbitrio obligati pendeat, solaque ejus utilitate æstimetur, an obligationi contractæ sit standum, an vero omnis rescindenda, revera nullum adesse obligandi vinculum jure concludimus. Sunt tamen plura, quæ hunc rigorem limitant, & naturali jure & æquitate probata, & gentium usu confirmata. Des esse articulos, qui *controversum* involvant, quos si violaveris, cur alteri causa sit, à liquidis solutum se habendi, equidem non video. *Des violari momenta pacis* non ita præcipua, an statim conclamabis ad arma? vel *ditiones concessas* a violante *jam possideri*, an ob omnem in fide pactitia negligentiam ad data recuperanda vim adhibebis? Quod magnopere negaverim. Etenim sicut læsionem quamcunque bello vindicare Europæ summum bonum in pace positum prohibet, sic damni quoque restitutio, & satisfactio pro læsione exigenda hoc loco armis præferenda est. *b)* Finge *contrahentium alterum a pacto*  
jure

*a)* Exemplo est déclaration donnée le 28. Janv. 1731. au nom du Roi d'Espagne aux ministres d'Angleterre de France & des E. Gen. ROUSSET. recueil T. VI. p. 11. „Sa M. se déclare entièrement libre de tous les engagements contractés de sa part dans le même traité (de Séville.)  
*b)* Immo juri gentium contrarium declaratur, ante satisfactionem petitam



*jure recedere*, nec statim mutua obligatio corrueat. Si enim solam fidem servandam in mutua promissione spectaveris, transgressio pacti iusta & fidem datam & obligationem reciprocam conservat: sin vero debiti re ipsa præstandi sit ratio habita, solutione omiſſa contrahentium alter absolvitur. Itaque cum duo fœdus defensivum ineunt, & alter alteri succurrere invasione propria impeditur, fœdus illæsum permanet. Aliud in Gallico fœdere obtinuit, cum Lusitanicæ Rege contracto: Qui cum se sciret unitis hostium viribus resistendo non parem, ad littora regni defendenda a Gallo auxilium petiit. Quæ, quoniam res Gallicæ regni angustæ tum temporis mitti vetuerant, tametsi necessitas negligentiam in succurrendo excusaverit, orator tamen Gallicæ Lusitanum Regem a fœderis obligatione exemptum declarare ipse non dubitavit. a) Præterea sunt *plures pactorum partes*, qui licet reciproca non præstentur, illæsa tamen relinquuntur. Promittuntur, quæ naturali jure jam debentur, renuntiatio ad æquilibrium Europæ conservandum necessaria visa conventioni inseritur, renovantur, confirmanturque anteriores tractatus. Quæ omnia cum per se subsistant, tanquam correlata obligationis pacto

H 2

cto

tam arma capessere in Déclaration de guerre de la part de la Russie. A. 1741. „C'est une chose inouïe dans la chrétienté — qu'on déclare la guerre — avant que d'avoir fait connoître le sujet de mécontentement, & exposé des griefs fondez, pour en demander satisfaction. add. Mémoire justificatif de la cour de Londres pour servir de réponse à l'exposé de la cour de France. „Ce grand tribunal (de l'Europe) exigeoit des preuves formelles & peut-être réitérées de l'injure & de la plainte, le refus d'une satisfaction convenable, & la protestation de la partie souffrante, qu'elle se tenoit hautement offensée par ce refus,

& qu'elle se regarderoit désormais comme affranchie des devoirs de l'amitié & du lien des traités.,,

a) Vid. Manifeste du Roi de Portugal pour la justification de ses armes. LAMB. III. 201. „le ministre de la cour de France se trouvant obligé à déclarer à celle de Portugal, qui sollicitoit ce secours dû, que sa Couronne ne se trouvoit pas en état de satisfaire à cette obligation, & que le Roi T. C. reconnoissoit, que celle de Port. demeurait dégagée du traité, qu'elle avoit conclu avec lui & avec son petit fils sous la condition du secours.



Et determinatæ spectari nequeunt, nisi partes de alio conven-  
rint. Deinde ponas, ut, qui pactum in *exigua sui parte* trans-  
gressus sit, in ceteris obligationem jam præsterit, certe alter re-  
tento omni dato fide solutus nequaquam habebitur. Cumque  
multa sint, quæ præstita restitui nequeant, eveniente hoc casu  
satisfactio accepta promissis à læso est standum. Sit porro, ut  
*plures contrabant*, plurimumque adeo interfit, conventionem sal-  
væ manere, unius ex membris perfidia in aliorum detrimentum  
tractatum non rescindet. Neque *federum* naturæ consentaneum  
putem, ut qui minimam læsionem acceperit, amicitia statim re-  
nuntiet. a) Quocirca de læsionibus, quæ non mutatum plane in  
pejus animum prodant, amice transigendum videtur. Quibus in  
fine addidisse sufficiat, nec fere pacis ullum aut amicitia aut  
fœderis pactum contrahi, quin inferatur cautio, ne ob articuli  
cujusdam infractionem univèrsum pactum rumpatur. b)

### §. 49.

*Repressaliarum* (§. 44.) vox non uno sensu adhibetur. Mox  
enim proprie sumuntur, & Kahllo bellum minus solemne vocan-  
tur, c) quo *personæ* aut *res externæ civitatis* autoritate principis  
relax-

a) Referuntur huc litteræ Ordini Generalium ad Angliæ Reginam.

A. 1712. missæ, quæ cum cunctatione Batavorum in negotio pacis offensa fœderum obligationem sublatam declarasset, responso obtinuit:  
„ Wann wir die Verträge und Tractaten gebrochen hätten, würden wir von der Gerechtigkeit und Gültigkeit E. M. erwarten, daß dieselbe die Conventionen uns niege vorstellen lassen, und sich ehender von dem Bünd nicht losziehen, als nachdem wir die nöthwendige Mittel die Sache zu redressiren verjagt hätten. FABERS

St. C. T. 19. p. 769. 770.

b) Exempli loco sint: *Traité de paix entre S. M. le Roi de France & L. H. P. les Etats G. 1713. §. 35. SCHMAUSS. p. 1399. Conventioneum trahitatis inter circulum Suevicum Bavaricæque Electorem art. 10. „In Contraventionsfall soll zuvorderst eine gültliche Beylegung statt haben. „ F. St. C. T. 80. p. 508. Conventio vegen der Winterquartiere zwischen der Kayf. und Kön. Preussischen Armee in Sachsen. d. 24. Nov. 1762. art. 5.*

c) Diff. de jurtis repressaliarum finibus §. 2.

refarciendi damni causa *detinentur*; a) mox generatim *quancunque vim* ad reparandas injurias adhibitam significant, dummodo in bellum solenne non erumpat. Eoque sensu qui ob læsionem quamcunque pactitia jura alteri denegat, repressaliis uti censetur. In qua re ita versabor, ut primum, quid ad repressaliarum jura alicui tribuenda requiratur, investigem, quæ jura repressaliæ comprehendant, subiungens.

## §. 50.

Jura conventionem quæ sita ut læsione prætexta denegare alteri possis, (§. 49.) duo requiruntur *Primum est*, ut vera læsio existat. Neque interest, utrum contra pacta an contra jus naturaliter debitum b) violatus sis, utrum majoris an parvi momenti sit, quod alter juri contrarium gesserit, utrum frangenti fidem reciproca jura eodem pacto quæ sita sint, an obligationem gratuito contractam læserit. Quotiescunque itaque oneroso federe contracto contrahentium alteruter obligationi suæ desit, electio alteri libera est, an plane velit à pacto inito desistere, an vero repressaliarum jure suspendere illud præferat. c) In bello quoque,

H 3

a) Ita Wilhelmus Angliæ Rex, cum federe relicto pacem à Sabaudia ducem initam A. 1696. audiret, cambii litteras ad solvenda subsidiorum residua in mercatores Liburni ac Genuæ transfatas retinuit. LAMB. I. 2. Ita durante bello A. 1741. enato merciorum tractatum de A. 1739. suspendit Rex Galliæ, causam prætextans, quod Batavi contra capitulationum tenorem auxiliares copias Regi Angliæ miserint.

b) Sic ob navigium bellicum à Gallis interceptum, amicis in Polonia degentibus auxilio missos Gallicos milites contra capitulationem re-

tentos fuisse testatur Déclaration de la Cour de Russie au sujet des troupes françoises prisonnières devant Dantzic. 1734. Suppl. au Corps diplom. T. III. P. 2. p. 491.

c) Quod ratione vectigalium augendorum Borussia Regem contra Viennensem Aulam adhibuisse declaratum in scripto publico. *Ausführliche Beantwortung der vom Wiener Hof sogenannten kurzen Verzeichniß einiger von Seiten des K. Pr. Hofes wider die Berliner und Dresdner Tractaten ausgetübten Friedbrüchigen Unvernimmungen.* 1756. FABER St. C. T. 113. p. 214.



quoque, si quando jura offenderis violentiæ hostilis immunia, ad repressalias confugere læso integrum habetur. Et si quæ durius in bello gerendo egeris, humanitatem ac gentium mores transgressus, læsionem iuste retorqueri putaverim. Sumantur arma à duobus imperantibus, uterque alieni regni partem expugnet, alter de contributionibus præstandis pacto conveniat, alter solutus pacto vinculo immensis tributis hostiles cives oneret: Nec obligationem pacti priorem impedire crediderim, quo minus auctis in majus exactionibus hostilem inhumanitatem retorqueat. a) Denique, si certis indicis fundetur, futuræ quoque injuriæ metus repressaliis utendi legitimam causam præbebit, donec præstetur sufficiens à læsione securitas. b)

§. 51.

*Alterum est, quod requiritur, ut nullum adfit lenius remedium, quod æque ducat ad reparandas injurias. Cum enim læsio omnis prohibita sit, quæ non sit ad vim damnumque arcendum necessaria, quousque preces minæque c) sufficere prævidentur, duriora adhibere neas est. Qua in re vero conscientiæ arbitri-*

a) Sic ob contributiones extra modum à federatorum exercitu exactas, in bello initio hujus seculi exorto, Galli exactiones suas contra pacta extendisse feruntur in memoriali ministri Palatini. LAMB. IV. P. 323.

b) Certe præsentis bello Galliarum Rex eandem ob causam navigia anglica retinuit, declarans simul: „Que le Roi n'avoit nul dessein de s'en emparer, mais que le souvenir de la prise des navires françois avant la déclaration de la dernière guerre l'engageait à retenir ceux-ci pour garant

de ce qui alloit se passer.„ Nouvelles extraordinaires de divers endroits. Nr. 27. Paris. d. 27. Mars. 1778.

c) Exemplum suppeditat KALLIUS diss. cit. §. 17. A. 1683. jussu Gallorum Regis præfectus Alsatiae ita in litteris loquitur: „Damenhero ich „ von S. Maj. Ordre erhalten, daß ich „ denenelben schreiben und bedenen soll „ te, daß im Fall sie besagter Universi- „ tät dero samtl. Gefälle nicht wieder „ accordiren und zukommen lassen, be- „ jagte Maj. den Befehl ertheilen wer- „ den, daß man sich der Repressalien „ bedienen soll.„

bitrioue imperantium multum immo omnia dari vel ex eo liquet, quod legibus nihil definitum sit, gentesque iudicem nullum agnoscant. Idque multo magis in bello obtinet, tanquam continuo violentiæ statuta, ubi leniora remedia frustranea esse plerumque prævidetur, & mora omnis periculosior est. Vides exinde, cur tot capitulationes fractæ, si rationes rupturæ perquiramus, nunquam non repressaliarum jure excusentur. a)

§. 52.

Quousque jura repressaliarum extendantur, (§. 49.) ex fine earum deducitur. Consistunt autem intra meri remedii limites ad reparandas injurias adhibendi, & satisfactione data, justitia niti cessant. Neque adeo tanti valoris habentur, ut jure pactis quæsito lædentem plane exuant, sed damno restituto ceu suspendendi pacti titulo, & obligatio læsi revertitur. Cum quo consentiunt, quæ imperantes publicè profitentur. Percurras scripta de declarandis repressaliis adhibitis, & convenire omnia in eo deprehendes, ut satisfactione impetrata earum abolitionem promittant. b)

§. 53.

a) Ita in bello, quod pace Ryfwi- perhibetur. LAMB. V. 163. Repli-  
centi finitum est, occupato Namurco carunt (licet male) Hispani, viola-  
Angliæ Rex marechallum de Bouf- tione capitulationis Alicanta capta  
lers contra capitulationem captivum sancitæ. Ibid. 164. In bello inter  
retinuit, donec infractionum, quas regna septentrionis ineunte hoc secu-  
contra capitula in tradendis castellis lo exorto Rigæ ac Wiburgi capitula-  
Dixmude & Deinse conventa perpe- tiones eodem titulo fractas legimus  
traverant, satisfactio daretur. VAT- in LAMB. VI. p. 238. 39. 40.  
TEL. L. III. C. X. §. 176. In eo, cui b) Exemplo fit scriptum Boruffi-  
succesio Hispanica flammæ sugges- cum supra §. 50. not. c. p. 61. allegatum  
sit, ob læsas à duce Aurelianensi verbis: „Es wurde — die ganze Ver-  
conventiones in occupanda Tortosa in- „fügung — nur in solange getroffen,  
tas, miles in Portu Mahonis præsi- „als man Gegenseitig bey dem neuen  
diarius contra pactorum fidem ab An- „Tarif bleiben würde.“ Add. Decla-  
glis repressaliarum jure usis retentus ratio Gallizæ Regis §. eod. not. b. p. 62.  
all.



## S. 53.

Ultimus sermo de bello est, ejusque in evertenda vi factorum effectibus. (§. 44.) In quo ante omnia fecernenda sunt, quæ proprie non sunt belli sequelæ, sed violatione prætexta pactorum valorem infringunt. Refero huc, quæ bellis A. 1718. 1744. 1756. exortis evenisse ex monumentis publicis constat. Cum enim Dux Sabaudicæ Londinenfi foederi, quod quadruplex vocant, calculum adjecisset, cessoque regno Siciliæ Sardiniam acceptasset, Hispaniarum Rex tanquam violata conditione cessionis ipsi factæ primaria, ad se devolutam Siciliam contendit, & licet antea Siciliæ regis nomen tribuere Duci non dubitaverit, nunc temporis solo Ducis idiomate nominasse eum legitur. a) Viennensem Aulam ob violationem pacis, Borussia Regi culpæ datam, repetita Silesia, mandata varii generis dominii testimonio in ea publicasse, subditos juramenti vinculo per patentes solvisse, bellorum in Germanicæ intestina sævientium historia fati evincit. b) Fractum

all. Déclaration de la cour de Russie §. eod. not. b p. 6r. in verbis. „C'est pour ces raisons, que S. M. I. se trouve en droit & même en devoir de retenir les troupes françoises — par droit de représailles jusqu'à ce, que la frégate — soit restituée. —“  
 a) Cf. Lettre du secrétaire d'état & de guerre Miguel Fernandes Durand au marquis de Villamajor ministre de S. M. Sicil. à Turin. ROUSSET. recueil. T. I. p. 226. Articles proposés par l'Espagne au roi de Sicile. p. 229. coll. Manifeste de la cour d'Espagne sur l'entreprise de la Sicile. p. 236. „Il résolut d'affocier à l'exécution de ce grand dessein le Duc de Savoie.„ p. 237. „à faire fàvor au Duc de Savoie.

b) Patent, Jo Inno zu Hungern und Böhmen Königl. Maj. wegen dero Erbherzogthum Ober- und Niederschlesien, dann der Graffschaft Glaz allergnädigst F. St. C. T. 89. p. 507. — „Für uns ist es an deme genug, daß wir hierdurch ebenfalls von dem Bündniß des Berliner Traktats entledigt, und uns berechtiget sehen, — das uns mit Gewalt abgenommene hinwiederum zu entreißen — Wir versehen uns hingegen zu euch unsern trougehorjamsten Ständen, Inwohuern und Urthehen, — ihr werdet bey der ersten Gelegenheit — von den — dem K. in Preussen gethanen Gelübden und bishero geleisteten Gehorjam (als welches alles ohnedem dermalen völlig ausführt, und in keine Wege mehr verbindlich



Etum præterea ex una parte armistitium vel capitulatio alterius quoque fidem liberat. Discessus liber, contra pactorum tenorem alterius subditis denegatus, eandem duritiem ex hostium parte excusat. a) Sed ea pactorum rescissio cum alia ratione nitatur, ad illa potius, quæ proprie ex bello ortum trahunt, progrediar.

### §. 54.

Generatim duæ quæstiones a se invicem distinguenda videntur. Una est, quæ pacta durante violentia hostili effectus suos exserere desinant? altera, quæ renovatione in pacis tractatibus indigeant? Quod quidem ad primam attinet, omnino juri naturali ac gentium moribus conformem regulam puto, quæ omnem præteritis pactis effectum durante bello adimit, eaque armorum juri cedere, impuneque ac legitime infringi affirmat. Si enim, quæ natura sola competunt, ab hostium violentia non sunt exenta, certe pacta, quæ iis fundantur, læsione immunia esse nemo crediderit. Itaque territoria cessa exorto bello de novo vindicare, lites compolitas resuscitare, castella ex pactis demolita munire, perduellibus auxilia mittere, commercia cum hoste interrumpere, privilegia subditis hostilibus concessa refigere, in debitis solvendis cessare, b) transfugas contra conventiones recipere,

„bindlich seyn kan) vollkommen abste-  
hen, — uns als eure rechtmäßige  
Erbfrau und Landesfürstin ansehen.,  
— Anderweites Patent. F. St. C. T.  
89. p. 516. Patent der Kayserin Köni-  
gin an die Einwohner des Herzogthums  
Ober- und Niederschlesien. 1757. Kriegs-  
canzley. T. 3. p. 632.

a) Exemplo est bellum anni 1756.  
Etenim cum Lusitanæ Rex Hispanis  
Gallisque in regno suo degentibus  
discedendi spatium non majus quin-

decim diebus concessisset, & bona  
fisco addixisset. v. Portug. Kriegs-  
erklärung gegen Frankreich und Spa-  
nien. 1762. F. N. St. C. T. VIII. p. 208.  
solutos pacto Hispaniarum & Galliæ  
Reges idem contra Lusitanos decre-  
visse testatur. F. St. C. T. VIII. p.  
210. 11.

b) Quod sæpe fit bello nondum  
erupto, cum ruptura verosimiliter  
metuitur, ne solvens solutione po-  
tentiam hostilem augeat. Cui quad-  
rat,

cipere, hostilitatis jura justificant. Eoque sensu accipi oportet, quæ profitentur scripta publica; *exorto semel bello anteriores omnes pacis tractatus cessare, prætentionesque adeo pro virum quantitate posse extendi*, a) quæque in defensivis quoque foederibus quoad amissas ditiones recuperandas promitti non unicum exemplum testatur. b)

§. 55.

drat, quod marchio de Bedmar ordinibus generalibus regessit, cum occupatis ab Andegaveni Duce Hispania provinciis in debitis præcessorum regum solvendis moram adhibitam, reditusque in alios usus impensos quererentur: „Si l'intention & le desir de L. H. P. est de déclarer ou faire la guerre à l'Espagne, comme on le doit présumer — S. excellence croit, qu'on la pourroit blamer d'imprudence de les renforcer encore par ce payement, qui doit préjudicier aux dispositions, qu'elle est par là obligée de faire pour la défense du pais. „

a) Conf. Déclaration de guerre de l'Empereur & de l'Empire contre les Rois de France & de Sardaigne. 1734. „ Afin qu'on puisse recouvrer les états, qu'on a enlevés à l'Empire, & les rétablir aussi bien pour le spirituel que pour le temporel dans l'état, que les loix fondamentales préfèrent. „ Suppl. au Corps dipl. T. III. P. 2. p. 409. Discours sur la demande des cercles alliés au Congrès d'Utrecht. „ C'est une chose tout à fait incontestable, que quand une fois la guerre est commencée, tous les traités de paix précédens

„ sont entièrement rompus & anéantis, en sorte, que pourvu que la guerre soit juste, l'on est en droit, de pousser les prétentions aussi loin, qu'il est possible, soit par les armes, soit par les traités. „ *Anmerkungen über die von Anbeginn des gegenwärtigen Kriegs bis anhero zum öffentl. Druck gediehene Manifesten Etc. Aus der Verbindung, dem andern Theil beyzustehen, erwachlet ohnedem die Veranlassung eines gerechten Kriegs, und durch denselben werden alle vorherige Friedensbedingungen von selbst aufgehoben.* „ FABERS St. C. T. 112. p. 739. add. *Ungrund des Mémoire raisonné. Manifeste de la reine de Hongrie. Mém. pour servir à l'histoire de l'Europe T. 2. p. 85. Considérant, que nous sommes pleinement rétablis dans tous nos droits par la conduite injuste de nos ennemis, nous avons résolu — de conquérir les royaumes de Naples & de Sicile.* „

b) *Confœderatio Viennæ inita inter Leopoldum & O. fœd. Belgii 1789-art. 4. Supra §. 25. p. 28. not. a. Fœdus Petropolense, art. secret. 4. all. in Mémoire raisonné sur la conduite des cours de Vienne & de Saxe. Berlin, 1756.*





## §. 55.

Neque tamen ea, quæ dixi, sine omni exceptione sumenda sunt. Sunt enim & bello certi limites præfixi, quos si transgressus sis, non minus perjurus vel juris gentium violator existimaberis. Et primum quidem in bello quoque manent, quæ imperanti hostium debentur, *dignitas, tituli, honores*. Itaque quam pactis concesseras, dignitatem regiam, in bello tribuere hosti continuas; quem territorii ejusdam imperantem agnovisti, eundem & armis capessitis agnoscis. *a)* Præterea sunt, quæ *pacis tempore in oriturvi belli casum sancita, hostilitatis jura circumscribunt*, quæque adeo transgredi lesivanda hostibus fides non permittit. Sic territorio cuidam neutralitatis jura concessa, vel inter arma continuandi commercii facultas indulta. Solenne quoque est, de subditorum securitate pacisci, iisque vel ad bona vendenda vel recipienda & ad negotia expedienda certum discessus terminum satis longinquum promittere. Quæ pacta si quis violaverit, aut rationes fractæ fidei speciatim exponit, aut certe juris gentium violator à læsis publice declaratur. *b)* Denique cum belli jura hostem tantum respiciant, *iisdem in amicos uti* non æque licitum arbitror. Tamen si itaque territoria, quæ hosti olim cesserant, vindicandi armis libertas in vaso sit, si tamen belli fortius eorum partem suo Marte expugnaverit, repetere ea prior tanquam sua non poterit. *c)*

I 2

§. 56.

*a)* Exceptio est, si territorium, unde nomen gerat, ipse bello vindices, vel occupatum armis retinere tibi, decreveris.

*b)* Eorum itaque, quæ contra ejusmodi conventa ab hoste sunt occupata, restitutionem expresse peti in pace tractanda, demonstrat Réponte de M. van der Meer au Marquis de la Paz. Roufflet recueil. IV. p. 21. 22.

*c)* Exemplo est bellum de successione Hispaniæ gestum. In quo cum Generales ordines cum ministris Cæsareis de occupatis terris, à quondam Austriæ Ducibus Galliarum Regi concessis, decertarent, ad Cæsareorum prolata: „Qu'il étoit vrai, qu'elles les avoient été cédés par les traitez „d'Aix la chapelle &c. mais que c'a „voit été dans un état de violence „de

## §. 56.

Longe alia quæstio est, an *pacta omnia in pace renovanda sint*. Belli sane ea tantum natura est, ut obligationes suspendat, non plane tollat, ut jura hostis violare permittat, sed eatenus tantum, donec de læsione satis sit factum. Itaque pace facta renascetur vigor conventionum, & quæ antea pacta sunt, renovatione nova non habent opus. Conveniunt cum his, quæ in rerum publice gestarum monumentis leguntur. Ita Hispaniæ Galliciæque Reges in pace Aquisgrani A. 1668. contracta declarant, a) „quod mens partium non sit, in tractatibus Pyrenæis contenta revocare,„ quo ipso validitatem eorum supponere, non denuo reintegrare videntur. Extat præterea illustris inter domus Brandenburgiæ, Saxonici Hassiæque de mutua Successione conventio, at ne vestigium quidem in pace neque Dresdensi neque ea, quæ Hubertoburgi inita est, de renovatione ejus invenitur. b) Et verba quoque in renovandis pactis adhibita vigentem adhuc valorem eorum agnoscere, & annulationem plene factam excludere, lectori cuique adparet. Ex altera vero parte sunt commerciorum

„ de la quelle on pouvoit revenir liæ Regem 1697. Art. 14. „Tracta-  
 „ par le changement des circonstan- „ tus pacis inter Regem Christianis-  
 „ ces, — Belgarum deputedos re- „ sum & defunctum Electorem  
 „ spondisse ex Lamberti novimus: „ Brandenb. 1629. conclusus restitui-  
 „ c'ètoit des conquêtes faites sur la „ etur & in pristino vigore manebit. „  
 „ France, à laquelle ces villes avoient „ Tractatus pacis inter Regem M. Brit.  
 „ été cédées sans reserve de les ré- „ & Ord. Generales 1674. art. 7. „Ma-  
 „ clamer à perpétuité. „ Aliud in- „ neant in plena vi ac vigore, in quan-  
 „ venimus in bello Septentr. initio fe- „ tum præsentii tractatui nullatenus  
 „ culi exorto. Nam licet proprie Pol- „ contradicunt. „ *Friede zwischen*  
 „ loniæ Rex ad vindicandam Livoniam „ *Schweden und Preussen. 1720. art. 20.*  
 „ cepisse arma præ se tulerit, focius tamen „ *Der Westph. Friedensschluss bleibt*  
 „ men Russorum Imperator expugna- „ *in seiner vollkommenern Kraft und*  
 „ tam eam in pace solus retinuit. „ *Wirkung.* Schmauff. p. 1823. *Zwei-*  
 „ a) Art. 8. SCHM. in C. I. G. p. 933. „ *schen der K. Ulrica von Schweden und*  
 „ b) Pax inter Wilhelmum Elect. „ dem K. Georgio I. von Großbritannien.  
 „ Brandenb. & Ludovicum XIV. Gal- art. 9. p. 1799.

ciorum tractatus; quos restituta licet pace non reviviscere, jam ex eo constat, quod singulares de commercii juribus denuo concedendis conventus insituantur, speciatim de iis deliberetur, & sicut de restituendis occupationibus tractetur. *a)* Fœderum tractatus instituta semper de novo negotiatione redintegrantur. De castello Dunquercano demoliendo specialis in quaslibet de pace conventiones articulus inseritur. *b)* Revocantur omnes contractus, privilegia, declarationes contra pristinas obligationes durante bello factæ. *c)* Quid itaque differentiæ hujus fundamentum sit, quid uni alterive pactorum classi accensendum breviter videamus.

§. 57.

Doctrina est omni ævo recepta, quod pace restituta omnia in statu præsentis maneant, nisi aliter à contrahentibus sit cautum. Testantur id celeberrimi Juris naturalis doctores, *d)* quorum judicium, cum in mores gentium mirifice influat, non contemnendum est; testatur gentium moratorum observantia, quæ restituenda in quavis pace sigillatim enumerant, quæ expressè cavendum putant, ut quicquid nec cessione nec restitutione comprehensum sit, ad normam anterioris pacis componatur. *e)* Concordat quoque naturalis ratio, quod quicquid juris vel possessionis hostis hosti ademerit, legitimi belli jure occupasse, eoque ti-

1 3 tulo

- a)* Probantur hæc tractatu commerciorum inter Gallos & Angliæ Regiam concluso. A. 1713. pr. „L. „ MM. ont commandé à leurs Amb. „ extraord. de s'assembler à Utrecht „ pour y traiter non seulement de „ la paix, mais encore pour renou- „ veller les anciens traités de com- „ merce - cidevant faits - lesquels - „ après avoir tenu diverses confe- „ rences & discuté la matière autant „ que la brièveté du tems l'a pû per- „ mettre, sont enfin convenü sur „ le fait de la navigation & du com- „ merce. „
- b)* Traité d'Aix la chapelle A. 1748. art. 17. Mably. T. III. p. 187. Traité de Paris. art. 13. ibid. 348.
- c)* Traité de Paris. art. 2.
- d)* VATEL. L. IV. c. 2. §. 21. & alii.
- e)* Pax Parisiensis. 1763. art. 23.



tulo & in pace retinere posse censendus sit; quique ad recuperanda vel defendenda sua nihil aut armis aut pactis molitur, consensisse existimetur. Quibus præmissis distinctio quam quaerimus facillime elicitur. *Quicquid nimirum bello durante contra pacelitia jura est actum, restituta pace expressis verbis redintegrandum; quicquid immutatum mansit, renovatione non indiget.* a) Cumque declaratione belli quacunque & commerciorum tractatus, & foedera, & amicitiae pacta revocata invenias; b) restituta pace de iis omnibus de novo tractari oportet, reliquorum, quae nec violata sunt, nulla mentio necessaria est, nec nisi in folle facta reperietur.

### §. 58.

Objicies forsan, solenne omnibus esse, qui pacem contrahant, ut omnes præcedentes pacis præsertim tractatus renovent, quo ipso necessitatem renovationis luculenter declarent. Enimvero præterquam quod sint nonnulli, ubi hæc omittantur, ex usu magis quam ex necessitate id fieri, cautelæque causa adhiberi crediderim, ne contrahentes priorum partem immutantes à toto recessisse videantur. Ita sæpissimè fit, ut in foederibus contrahendis, in commerciorum conventionibus priora pacta renoventur.

a) Consentit Mémoire de la France Vid. déclaration de guerre de la part  
1761. d. 15. Jul. F. N. St. C. T. V. p. de la France. Mémoires pour servir &c.  
395. nr. XIII. „ Quoique pendant le T. 2. p. 62. Ordonne — d'avoir çu-  
„ cours de la guerre présente l'arti- après aucune communication, com-  
„ cle des traites antérieurs, qui gar- merce, ni intelligence, & en consé-  
„ rantit la succession au trône de la quence S. M. — révoque toutes per-  
„ Grande Br. telle qu'elle se trouve missions, passeports, Sauvegardes,  
„ établie, n'ait point été enfrainé, ce- & Saufconduits, qui pourroient avoir  
„ pendant le Roi est très disposé à été accordés — Déclaration d'An-  
„ comprendre cette garantie dans le gleterre. Ibid. p. 71. Défendant très  
„ traité futur. „ expressement d'entretenir désormais  
b) Demonstratur ipsa pactorum cum aucune correspondance ou commu-  
belli declarationibus comparatione. nication avec les sujets du Roi T. Chretien.



ventur. a) Quæ antea valore pristino destituta fuisse nemo sanus putaverit. Neque majorem speciem habent, quæ adduci in contrarium possent, quod rupto uno tractatus articulo, ceteri omnes evanescant. Distinctio, quam initio jam (§. 53.) attuli, dubitationem omnem eliminat. Aliud enim est, violatione pacti obligationem reciprocam dissolvere, aliud, ex novo titulo ab obligatione sua discedere. Finge cessum fuisse in compositione belli territorium, quod cedens secutis annis redemerit. An itaque omne pacis systema concidit? Neque aliud in nostra quæstione. Hostilitatis jura exorto bello acquisita novum omnino titulum constituunt, recuperandi concessa, oneratamque libertatem vindicandi, quæ si in singulis pactorum articulis adhibeas, universon corpus corrui non existimo. Interea non negaverim, cautelæ omnino esse, quoscunque priores tractatus in folle ad minimum confirmare, cum sint exempla, ubi ommissa renovatio præensionum fundamentum evasit. b) cumque sæpissimè eveniat, ut de antiquis juribus in novo pacto statutum sit, partesque an à prioribus novatione discesserint, dubitatio facile existat.

## Sectio

a) Vide, ut noviora tantum referam. Traité d'alliance entre la France & la cour de Vienne signé à Versailles. 1756. art. 2. „ Le traité de Westphalie de 1648. & tous les traités de paix & d'amitié, qui depuis cette époque ont été conclus. & subsistent entre les puissances contractantes & en particulier la convention, ou acte de neutralité signée aujourd'hui sont renouvelés. „ MABLI. v. III. 460. Traité de Westminster 1742. Art. 1. 2. 3. ibid. p. 433.

b) Testatur id controversia de successione Austriaca cum Rege Hispanie ventilata, ubi in replica ejusdem legitur: Sel. I. P. T. X. p. 326.

„ Sans compter, que tous les traités, que S. M. avoit avec le dé-  
 „ sunt Empereur ont été annullez  
 „ par la dernière guerre d'Italie, &  
 „ n'ont point été renouvellez par  
 „ l'accession à celui de Vienne de  
 „ 1735. „ Et alio loco: „ Il n'y a  
 „ point d'homme exercé dans le droit  
 „ public & dans la politique, qui n'a-  
 „ voue, qu'un ancien traité, qui est  
 „ rompu par une guerre, ne resuscite  
 „ point par la paix, qui se fait en-  
 „ suite, à moins, qu'on ne le re-  
 „ nouvelle, & le confirme dans ce  
 „ nouveau traité, de sorte que le  
 „ tout ou la partie, qui n'y est point  
 „ confirmée, demeure sans effet, com-  
 „ me elle étoit durant la guerre. „



## Sectio II.

De modis tollendi pacta, quatenus ea spectantur ut  
fons pactitiorum jurium.

## §. 59.

Transimus ad modos, quibus *ipsum pactum* resolvitur, quâ tanquam fons pactitiorum jurium spectatur, modumque singularem acquirendi constituit. (§. 5.) De quibus in genere statuendum est, quod, quotiescunque præcipua quædam pars immutetur, quæ ad valorem pacti est necessaria: toties tollendi illud modum habeamus. Pactorum autem inter gentes contractorum natura mixta est, ex iis, quæ pacti proprie *notionem* constituunt, quæque *solemnitatem* potius faciunt, composita. Hæc cum uno actu absolvantur, & peracta nec mutari nec annullari queant, nullius in rescindendis pactis momenti habentur. Itaque consensus, in quo necessarium conventionum omnium fundamentum ponitur, solus considerationem meretur. Consensus enim, quoties vel ad *circumstantias mutatas* non extenditur, vel *ab initio jam expressis verbis definito quodam sine circumscriptur*, vel *postea à contrahentibus mutatur*, toties alterari ipsum pactum, à quolibet concedetur.

## §. 60.

Speciatim, quod ad *circumstantias mutatas attinet*, (§. 11.) mirifica est de iis inter doctores contentio. Quos inter PUFENDORFIUS quidem obligationes expirare concedit, „si statum, in quo eadem unice fundabantur, mutaverit persona, tam quæ præstare, quam cui præstari debebat. Mutationem autem in subjecto, quæ quidem obligationem, quominus susciperetur, impediisset, si quidem eo, quo contrahebatur tempore extitisset, ac in præsens subjectum non adeo quadret, dummodo non „ pro-

„ prorsus in habile illud ad eandem implendam reddat, vim obli-  
 „ gationis tollendæ habere prorsus negat., a) Henricus Cocce-  
 „ jus eundem pæne secutus accidentia status distinguit, & ea,  
 „ quæ tam ad constitutionem quam conservationem causæ neces-  
 „ saria sunt. b) Koppius ratione à causa finali petita, mutatio-  
 „ nem omnem in circumstantiis, quæ contrahentibus motiva paci-  
 „ scendi præbuerant, in pacti validitatem influere existimat. c) Alii  
 „ doctrinam de statu rerum immutando, pactorum vim infringente,  
 „ de summa injustitia criminantur, perfidiæque sustentacu-  
 „ lum censent. d) At mea sententia si *generatim* sumas mutati  
 „ rerum status sensum, universos tollendi pacta modos sub eo com-  
 „ prehendes. Nam & possessore juris mutato, & statu debitoris  
 „ inverso, & objecto obligationis alterato, & bello exorto, & con-  
 „ sensu cessante, negotii status immutatio obtingit, quæ quatenus  
 „ in obligatione quid destruat, partim supra vidimus, partim jam  
 „ perquiremus. e) Si vero *specialem sensum* spectaveris; id tantum  
 „ circum-

---

a) De Jure naturæ & gentium „ ut pacatorum commercia cum al-  
 „ L. V. C. II. §. 10. „ tero belligerantium libera ac salva  
 „ „ forent, quoad illas merces fœdere  
 „ b) Diss. T. II. §. 15. „ dicto comprehensas, at cum nunc  
 „ „ tempora & facies belli mutata at-  
 „ c) Diss. de clausula rebus sic stan- „ que utilitas ac interesse status aliud  
 „ „ tibus secundum jus cum naturale „ exposulat, jam obligationis vim  
 „ „ tum civile. cap. I. „ cessare, quod in privatorum pa-  
 „ „ d) Nec sane desunt casus, ubi „ ctis ac contractibus cum procedat,  
 „ „ principium illud sinistre injusteque „ ac ea semper intelligantur rebus  
 „ „ applicatum credimus. Quo refero, „ sic stantibus, multo magis proce-  
 „ „ quod in GROENINGII tractatu de „ dere debeat in fœderibus & pa-  
 „ „ navigatione libera de Anglis Bata- „ ctis inter summos principes ini-  
 „ „ visque refertur: „Ad hoc quoque „ tis.,  
 „ „ provocare videntur Angli & Bata- „ e) Significatum hunc mutati re-  
 „ „ tavi, obtendentes eorum promif- „ rum status in scriptis quoque publi-  
 „ „ sa utilitate status proprii tempera- „ cis occurrere demonstrant litteræ Reg-  
 „ „ ri, hac diversum jam suggerente, „ is Danicæ ad ordines generales, an-  
 „ „ exiguam fœderum imitorum esse „ xliii missionem ob proprii regni pe-  
 „ „ vim: ac sic, licet tum fidem ob- „ riculum excusantis, in verbis: „ Vos  
 „ „ frinxerit, quodsi in bellum de- „ „ K  
 „ „ trudantur, Suecorum ac Danorum „ „ H.



circumstantiarum genus respicitur, quod voluntatem contrahentium determinat, & quo mutato consensus ipse partium mutatus esse creditur. Quod speciatim nunc tractabimus.

### §. 61.

Præmittendum autem omnino, in obligatione consensu partitio constituenda nil plane præter *communem voluntatis declarationem* spectari; quæ mente retenta sunt, quæque contrahentes sigillatim sibi tanquam finem proposuerunt, nullius momenti haberi. Idque vel ex eo constat, quod certitudo iurium, quæ omnis publicæ fidei fundamentum est, consistere cum contrario non possit. Sed & inter gentes receptum est, voluntatem tacitam nihil plane in iurium statu efficere. Ita, quotiescunque de iuribus tuis disponas, expressis verbis id faciendum, Borussia regni scriptores plus una vice defendunt. a) Ita Galliæ Hispaniæque Reges in pace tam Verviniensi quam Pyrenæa, eaque quæ Aquisgrani conclusa est, nominatim statuunt, ne prætensionibus suis, quoad omnes res, quarum mentio expressa facta non

„ H. P. n'ignorent pas, de quelle manière les conjonctures sont considérablement changées en Europe depuis la conclusion dudit traité., LAMB. II. 304. Denegatis auxiliis à Suecicæ Rege petitis Angliæ aula causam obtendit sequentem: „la situation présente des affaires est si différente de ce qu'elle étoit lors de la négociation du traité de Travendahl, que S. M. Suedoise aura la bonté de conférer les difficultez & les embarras, où la Reine se trouve., Quid? quod belli quoque jura, dum res repetendi causam præbere existimantur, ad statum rerum mutatum referri ex controversia Batavorum cum ministris Cæsareis §. 53. not. c. allegata adparet. adde ROUSSET. Inter. Préf. T. II. P. II. p. 631. supra §. 47. not. b. & infra §. 79.

a) FABERS StaatsC. T. II. 3. p. 216. „ Eine solche Aufhebung (pacti de commercio reciproco hätte mit den ausdrücklichsten Worten geschehen müssen. Beantwortung der kurzen Verzeichnis einiger von Seiten des Preussischen Hofes ausgeübten friedbrüchigen Unternehmungen., cui addas, quæ de tacita renunciatione supra dicta sunt.





non fit, præjudicium enascatur. a) Mirifice autem huc quadrat Gedanensis capitulatio, ubi Gallicorum militum prætor sibi copiiisque ad liberum maris Baltici portum discessum stipulatus, libertatis retinendæ finem sine dubio habuit. Sed cum voluntas verbis declarata non fuerit, Petropolin ductus imprudentiæ pœnas captivitate dedit. b) Ex quo adparet, nec voluntatem, quæ non expressa sit, nec circumstantias, quæ tacitam voluntatem moverint, in obligationibus tollendis quicquam conferre, consensumque qui verbis vel natura conventionis contineatur, unico spectari. Et *verbis* quidem finem pacti exprimere in contrahendis foederibus, factisque renuntiationibus præcipue solenne est. c) *Natura* vero conventionis iis omnibus continetur, quæ vel jus naturale, vel gentium mores circa quodvis pactorum genus disponunt, quæ explicandi latius cum infra sit locus, iis hic non immorabimur.

### §. 62.

Si itaque de contrahentium voluntate ac sine in ineunda conventionem proposito vel ex ipsis tractatus verbis, vel ex natura pacti sis certus, ac circumstantiæ tales eveniant, ad quas extendi ea voluntas non possit, deficiente partium consensu, valorem pacti una cessare perspicuum est. Sed *quando* mutatio ea contingat, *quænam* sint circumstantiæ, quæ finem pacti maxime determinent, de eo sæpe decertant, quibus servare fidem pertæum est, cumque judicem nullam gentes liberæ agnoscant, cu-

K 2

jus-

---

a) *Friedenstractat zu Vervins* A. DUMONT VII. P. 2. 440. tractatus partitionis A. 1698 & 1700. art. 2. 1598. art. 24. Schmauss. p. 418. *Pyrenäischer Friedenstractat*. A. 1659. art. Lamb. I. 14 & 98. Acte d'exclusion de Marie Thérèse infante d'Espagne LAMB. I. 574. Renonciation de M. le Duc de Berry à la couronne d'Espagne A. 1713. SCHMAUSS. p. P. 556.

b) *Europ. Staats-Secretarius* P. VI.

c) Cf. foedus triplex 1698. art. 2. 1325.



jusvis conscientiae de eo arbitrium relinquitur. *a)* Prudenter itaque agunt, qui in foederibus cavent, ne ea mutatis circumstantiis labantur, *b)* quo ipso fine mutuo consensu recedi eo praetextu à pactis initis nequit: prudentius longe faciunt, qui instrumentis inserunt, ut corrigantur subinde, quæ tempora mutaverint, *c)* vel qui de termino conveniunt, qui quoties redierit, & renovetur conventio, & alteratis circumstantiis conventa novo rerum statui adtemperentur. *d)*

### S. 63.

Mutatæ autem circumstantiæ non tanti valoris sunt, ut in omnibus pactis vim suam exferant. Pone permutationem terrarum factam, finge territorium venditum, vel bello cessum. Mutentur

*a)* Pertinet huc controversia initio seculi agitata, an ratio in foedere partitionis expressa, filiarumve Hispaniæ Regum renuntiationibus inserta, mutatis circumstantiis cessaverit. Ad primum cf. réponse de la cour de France au Mémoire de M. Heemskerck. „S'il arrive, que les mesures prises dans la vue de maintenir la tranquillité publique produisent un effet contraire, qu'elles engagent l'Europe dans une nouvelle guerre, s'il devient nécessaire pour conserver la paix d'user de moyens différens de ceux, qu'on s'étoit proposés - il dépend de S. M. de le faire., Utrumque vero elucet ex litteris à D. Bernardo de Quiros in vulgus editis. LAMB. I. 243. 244. 245.

*b)* Traité de renouvellement d'alliance entre la France & la Suede. A. 1663. art. 1. SCHMAUSS. p. 787.

*c)* Foedus inter Daniæ Suecorumque Reges initum 1734. art. 24. F. St. C. T. 63. p. 647.

*d)* Renouvellement d'alliance entre la France & les cantons catholiques de Suisse. 1715. art. 3. „qu'après le decez du premier Roi successeur de S. M. les autres Rois T. Chr. qui succéderont, aussi bien que les Cantons — jureront & ratifieront l'exacte observation de la présente alliance - & remédieront aux cas qui n'auront pas été prévus dans ce traité, ou aux quels le laps du tems auroit apporté quelque changement, ce qui se fera à chaque changement de règne. — Cette précaution aiant pour objet, de faire subsister les choses dans la même force & dans la même vigueur, qu'elle subsistent à présent.,

tentur circumstantiæ, permutatio facta alteri damnosa appareat, territoria quæ minimo olim pretio venerant, inæstimabilia evadant, qui antea victor leges cedenti dedit, opibus potentiaque exuatur. Nec tamen minus contractus valorem pristinum retinent. Distinguendum potius est, utrum præsens ac momentaneus rerum status contractui causam dederit, an vero finis contrahentium consensu ad futura extendatur. Ita cessionem bello factam præsentis periculi metus extorsit, venditione contracta præsens rei venditæ pretium spectatur, permutatio rerum momentaneum earum valorem respicit. Quod longe aliud est in foederibus, quorum finis non uno continetur momento, sed ad futuram securitatem extenditur, vel in contractibus monetariis, quorum motiva præsentem futurumque monetæ statum respiciunt. Sed & in alienationibus si addita sit conditio, quæ ad futura se extendat, velut præstationes reciprocæ, mutatæ circumstantiæ conventionem immutant. Ex quo dijudicandum arbitrator, quatenus verum sit, quod KOPPIUS asserit, clausulæ rebus fiantibus non esse locum, si negotium jam consummatum fuerit. a)

## §. 64.

Sit vero, ut obligatio quædam pacto comprehensa mutato rerum statu cessaverit. Nec tamen proinde *tota conventio* corruet. Neque enim obligationes pacti ita connexæ sunt, ut nulla sine altera possit subsistere. Sic amicitia pacta perpetua sunt, licet foedera iis conjuncta determinato tempore interierint, b) cessiones pace factas, cessantibus licet, quæ de amicitia commerciiisque

K 3

a) Diff. all. §. 33.

b) Cf. Traité d'amitié, de commerce &amp; de navigation entre l'Empire de Russie &amp; la Grande Bret. 1734. art. 1. &amp; art. 39., la paix, amitié &amp; bonne intelligence dureront „ pour toujours - &amp; comme il est „ de coutume de donner un certain „ tems au traité de commerce, les- „ dites H. parties contractantes font „ convenues, que celui-ci durera l'es- „ pace de 15. ans.,



cuiusque pax statuatur, non annullari jam supra vidimus. Quaecumque igitur obligatio, conventionē sancita, nec propter res mutatas immediate extinguitur, nec ab altera, quæ jam cessaverit, obligationē ita manifesto dependet, ut ex natura sua vel partium consensu consistere sola non possit, ea omnino salva subsistit. Cumque cogitari possit, quod obligatio mutua cum ea, quam facies rerum mutata extinxerit, commune fundamentum in statu rerum non habeat; rescissa licet altera, alteram illæsam manere jure crediderim. Etenim jam supra vidimus, ex ea tantum causa reciproca jura læsionē contrahentis rescindi, quod lædens factio suo æqualitatem removerit. At inæqualitas, quæ statu rerum mutato fundatur, cum in consensu partium fundamentum habeat, æqualitatem continere omnino censetur.

### §. 65.

Denique multum interest, qualis mutatio status contigerit, utrum tanta sit, ut omnem omnino conventionis finem in perpetuum destruat, an vero ad tempus solum suspendat, an manente præcipuo pacti fine in singulis ejus determinationibus mutationem efficiat. Quotiescunque enim status rerum ita se habet, ut partes in eum sese obligasse adpareat, toties conventio integra subsistit, vel reviviscit suspensa. Cumque exceptiones strictissime interpretandæ sint, in casibus non exceptis statutam pacto regulam servare oportet. In qua re multum cautionis adhibendum, ne casus similes, re autem vera diversos, inter se confundas, ne fœdera ob causam transeuntem contracta, cum iis, quæ finem perpetuum habent, commisceas. Ita Hannoveranum fœdus conciliatis partibus, in quas Europæ systema divisum fuerat, non suspensum modo sed plane extinctum videtur, nec, quanquam similis Europæ status rediisset, fœdusque ipsum non circumscriptum tempore fuisset, vigore restituto revivisceret. a) Confœderationes contra inter Anglos Batavosque contra-

a) Vid. præmium fœderis & art. V.

tractæ, a) vel quas Hungarizæ & Polonorum reges & Venetorum respublica adversus Turcas inierant, b) cum finem continuum habeant, perpetuo quoque subsistere, & restituta pace suspendi magis quam extingui, nemo non videt. Offensionis præterea societas, quæ Leopoldum inter Batavosque & Electorem Brandenburgicæ contracta est, licet defectu Electoris mutata fuerit rerum facies, non tamen omnino corrui, sed integra potius inter ceteros contrahentes permanfit, ad novum modo statum accommodatione indigens. c)

## §. 66.

Secundum est, de eo paucis differere, cum *jam initio* de pacto ad certos durationis limites restringendo *contrahentes expressis verbis inter se convenerunt*. (§. 59.) Cujusmodi tollendi pacta modi cum tam diversi sint, quam variam esse voluntatem hominum constat, in genere quicquam determinandum vix invenimus. Sunt tamen quædam, in quibus immensa ea diversitas quodammodo conspirat. Aut enim *eventus* quidam vel *certus vel incertus* pro termino pactis præfigitur, aut *promittentis arbitrio* conventionis duratio relinquitur, aut certo *temporis curriculo* contracta obligatio circumscribitur, aut denique *modi jure gentium definiti* nominatim in pacto vel *exprimuntur*, vel *removentur*, vel *determinantur*. Quorum ad primum membrum quod attinet, equidem addendum quicquam superesse non censeo, nisi, quod ex singulis pactorum instrumentis exempla d) ad illustrandam rem pro-

a) Quod nominatim exprimitur in Alliance entre le Roi de la Gr. Bret. & les Etats Gén. 1689. art. 7. SCHUM. p. 1086.

b) Declaratio fœderis inter S. C. Maj. Sacramque totius Russiæ Majestatem in actu permutationis rati habitationum à D. oratore S. R. Chr. Maj. conciliatoris vices obeunte, præfulgidæ Portæ consignando. 1738.

c) Cf. Traité d'alliance entre S. M. Imp. & L. H. P. 1673. Actes de la paix de Nimègue. T. I. p. 580.

d) Refero huc exemplum pag. 28. not. a. allegatum, cui jungi potest. Leibn. C. I. G. dipl. præf.



proferrem. Cum vero id angusto dissertationis spatio non convenire crediderim, neglecto eo de ceteris tantum paucissima quædam proferre proposui.

### §. 67.

*Arbitrio contrahentium* (§. 66.) induciæ præsertim & pacta de hibernorum securitate conclusa relinquere consueverunt. Quam vero revocandæ conventionis libertatem ad opprimendum hostem usurpari non posse, solennemque renuntiationem requirere, & fidei pactitiæ natura, quæ jurium incertitudinem excludit, & gentium mores, ex pactis ipsarum abstrahendi, a) satis demonstrant.

### §. 68.

*Temporis adjectio* (§. 66.) in fœderibus, armistitiis & commerciorum tractatibus solennis, duplici ratione peragitur, cum vel *continuum* quoddam *spatium* definitur, vel *certi termini* præfiguntur. *Continuum* tempus adjectum, si nulla adfit determinatio initii, perfecto contractu currere orditur. b) Perfectus autem

a) Cf. ex. gr. *Waffenstillstand zwischen dem K. Preussischen General Werner und dem Russischen General von Toitleben d. 12. May 1761. Beyträge zur Staats- und Kriegsgeschichte. T. 12. p. 330. art. 8.* „Verbinden sich dieselbe auf den Fall eines Gegenbefehls von Seiten ihrer respectiven Chefs, die Kriegsoperationen nicht eher anzufangen, als nachdem sie einander Nachricht gegeben haben.“ *Convention zwischen der K. Kayf. und K. Preussischen Armee in Schlessien, wegen ruhiger Winterquartiere. 1762. Kriegscanzley A. 1762. 2. Band. p. 413. art. 13.* „Wird diese — Verabredung von beiden Theilen — bis zur vorhergehenden „ *Aufkündigung von amal 24. Stunden gehalten, so, daß nach eingezogenem Recepiße dieser Auf- und Loskündigung nach Verlauf gedachter amal 24. Stunden ein jeder Theil von seiner Obligation befreyet, und losgesaget ist.* „ *Convention — in Sachsen eodem anno, ibid. p. 416. nr. 6.*

b) In pactis ipsis inter Europæ principes initis, ubi ejusmodi spatium adicitur, initii definitio nihil habet, ex quo constans observantia possit elici. Mox enim à commutatione ratificationum, mox à signatione, mox à publicatione tempus computatur.

tem videtur, cui rati habitio ultimas manus admovit, si ea pacta exceperis, quæ solo ministrorum consensu valorem accipere consuetum est. Ipsumque ceterum adjecti temporis spatium à momento ad momentum currit, mensesque non definito dierum spatio, sed naturaliter computantur. a) Sin vero *finis initiumque* expressis verbis definiantur, prudenter agunt, qui adjiciunt, an termini includendi sint, an vero excludi eas contrahentes voluerint. Qua prætermissa cautela res unice ex linguæ indole verborumque usu determinanda est. Enimvero cum verba utramque interpretationem recipiant, doctoresque mirifice dissentiant, exortæ desuper litis decisio difficillima evadet. Interim quoad *initii* terminum verborum usum inclusioni favere crediderim: b) Sin vero de *sine* dubium moveatur, favorabili potius vel ei sensui accedendum puto, qui comparato verborum contextu eruitur. c)

### §. 69.

*Modos tollendi pacta jure gentium definitos nominatim exprimi*, (§. 66.) & prudentia requirit, & inter imperantes vulgare est. Ita renuntiationibus plerumque clausula adjungitur, qua jura, extincto masculo stemmate familiæ, cujus in favorem renuntiatum est, competitura expressis verbis reservantur. Commer-

a) Illustratur hoc exemplo armistitii inter Gallorum Regem Angliæque Reginam sanciti. A. 1712. Corps dipl. VIII. P. I. p. 308. „Qu'il y aura une suspension d'armes - pendant le terme de quatre mois à compter des 22. du mois d'août jusqu'au 22. du mois de Décembre. .. Entre Louis XIV. & Jean V. Roi de Portugal le 7. Nov. 1712. ibid. p. 312. art. 1. Prorogation pour quatre mois. ibid. 317.

16. §. 244. PUFFENDORF. L. VIII. cap. 7. §. 8. BARBEYRAC in notis ad Grotium L. III. cap. 21. §. 4. not. 6. REAL Staatskunst V. Theil vom Völkerrecht p. 728. UNICUS GROTIUS dissentit all. loco.

c) v. c. Si mensis spatium definitum sit, adjectis simul & sine & initio. Cf. not. a., excludendus finis censetur. Ceteroquin ob favorem causæ includendum eum in ducis putat VATTEL loco allegato,

b) Consentiant VATTEL III. c.



merciorum foederumve tractatibus inopiæ propriæ exceptio inferitur; determinatur mutati status ratio, qua obligationem extingui contrahentes voluerint. Invenimus clausulam commissioriam, qua acquirentis perfidia concessionem ipso jure resolvi statuitur.

a) Ut taceam reservationes multiples exceptionesque, jam supra in ipsa hac tractatione passim notatas. Cum vero & multa incommoda & jurium plane incertitudinem cum recensitis, quos gentium jus introduxit, tollendi pacta modis conjuncta esse experientia convincamur, frequentes sunt principes *in iis consensu mutuo abolendis*. Sic repressaliarum juri ac compensationi, abusu vario obnoxiiis, in debitis præsertim contrahendis renuntiare solenne est. b) Commerciorum tractatibus à Galliæ Rege cum civitatibus Hanſæ initis separatus articulus accessit, quo ipsi inter arma, Germaniæ Imperio illata, commercii usus continuandus conceditur, dum Gallis mutua commercii libertas in portubus Hanſæ exercenda ab Imperatore permittatur. c) Violationi pactorum vis sua, qua mutuas obligationes rescindit, expresse adimitur; dispensationi à juramento solenniter renuntiat. Ut taceam alia, quæ recensere inutile lectorique ingratum existimo.

§. 70.

a) v. Acte de cession du Royaume de Sicile. 1713. ROUSSET recueil. T. I. p. 241. Articuli Pacis & confederationis inter Regem Regnumque Portugalliæ ab una, & Ord. Generales ab altera parte. 1661. art. 4. SCHMAUSS. pag. 744.

b) Exemplo est tractatus Parisiensis inter Galliæ, Hispaniæ, Sardinæque Reges an 1763. initus, quo huic in vicem regionis cujusdam in Placentia sitæ, & Regis Hispaniæ filio concessæ à majestate Christianissima æquivalens in nummis consistens indultum est, donec casu reverſionis determinato existente ad Sardinæ Regem territorium cæsum recideret.

Quo eveniente majestas Sardica agenti summam traditam sine omni exceptione restituere sequentem in modum promisit: Art. 4. „S. M. Sarde s'engage de plus tant pour elle que pour les successeurs à ne chercher ni alléguer aucuns motifs ou prétentions, qui puissent diminuer ou reculer ladite restitution, étant convenu expressément entre les trois Cours, que toute autre affaire ne doit avoir rien de commun avec celle, qui forme l'objet de la présente convention. MABLY. T. III. p. 170.

c) Traité de commerce entre S. M. T. Chr. & les villes Hanſéatiques. 1715. art. sep. I. SCHMAUSS. p. 1623.



## §. 70.

Enimvero cum modi plerique tollendi pacta ita comparati sint, ut ex defectu præcipui cujusdam requisiti ad pacti jurisve valorem necessarii nascantur, dubitari posset, an sola partium voluntas extinctionem eam impedire, defectumque illum in obligatione pactove deprehensum supplere valeat. Equidem si modo cuidam extinguendi pacti renunties, obligationem novam constitui, eamque quæ interierit mediante illa restaurari arbitror. Itaque quatenus illæsa hæc relinquitur, nec morte communi cum principali pacto resolvitur; quatenus conventionem nostram nos aliove obligamus; eatenus quoque tollendi pacta modi consensu mutuo remouentur. Sin contra de tertii jure sermo sit, quem obligare non in nobis est, vel modus ille, quem removimus, renuntiationem quoque factam cum pacto primario extinguat, conventionis ruinam nec partium mutuo consensu impediri posse perspicuum est. Ita non raro, ut rem exemplis illustrem, præscriptio speciali pacto remouetur. At si pacti ipsius memoriam abolitam. Nec quicquam obstare video, quominus diuturna oblivio utrumque pactum extinguat. Sancitur, ne obligatio antea contracta præsentem quicquam deroget; sit successorum mentio; conclusio pacis prohibetur, antequam fœderati propositum finem obtinuisent: At si pacta, quæ antea jam contraxeris, cum postea initis collidere: si pactum nec gentem nec successores tenere; si pactum in fœderi scopum contrahentium vires excedere; nec principalis conventio, nec clausula ei adjecta virtutem suam retinebunt.

## §. 71.

Ultimus obligationis tollendæ modus, qui ad *contrahentium consensum* refertur, in pacto posteriori consistit. In quo triplex divisio adhibenda est, cum vel *id, quod in obligatione est*, mutatur, vel *stipulanti alius substituitur*, vel *tertius quidam obligationem contractam* in se fuscipit.

L 2

§. 72.

## §. 72.

Quodsi id, quod *objectum* conventionis conficit, conventionem nova mutandum, & anteriora pacta extinguenda sint, duo præsertim requirimus. Nam & *iidem*, qui prius pactum confecerant, *noviori contrahendo adsint*, necesse est, cum & promittentis interfit, non ultra consensum obligari, & stipulantis, de jure quesito nec quicquam diminui. Deinde vero *animus novandi luculenter adpareat*. Itaque cum vix ac ne vix quidem ex renovatione omissa discedendi à pacto animus eliciendus sit, cum omnia, quæ jura inter gentes incerta ac dubia efficiant, e jure gentium eliminari boni Europæ publici interfit, cumque plura exempla in publicis rebus gerendis invenias, quæ tacitum hunc consensum rejiciant; ad declarandum novandi animum omisam renovationem sufficere nemo crediderit. Noviora exempla duo habemus; *alterum* de garantia sanctionis pragmaticæ præstanta, quam licet renovata univèrsaliter non fuerit, illæsam tamen consistere, omnesque Auftriacæ hereditatis partes defendendas comprehendere à Viennensi Aula contendi legimus: a) alterum de statu commercii, qui inter Auftriacas Borussicæque Regis ditiones Berolinensis pacis tempore obtinuit, servando, de quo, cum in Dresdensi pace expressè nihil cautum sit, Berolinensis pacis conventa, quamvis speciatim renovata non fuerint, servata tamen esse Brandenburgica scripta defenderant. b) Neque vero magis abolitionem antiqui fœderis expressis verbis faciendam crediderim, cum multa sint, quæ cum priore obligatione consistere una non possint, eamque ceu noviora detrudant. Auxilia promissa minuuntur, vel adaugentur, tempus fœderis vel restringitur vel perpetuatur, extraneus in fœdus recipitur, de commercii oneribus aliter convenitur,

a) Königl. Preussische fernerweite b) Vid. Brandenb. Beantwortung  
Vorstellung an das Königl. K. Ministerium einiger von Seiten des K. Preuss. Hofes  
zu Wien die Rechtsgarantie betreffend wider den Dresdner Frieden friedbrüchlich  
über den Dresdner Frieden. 1747. gen. Unternehmungen. ibid. T. 113. p.  
FABERS St. C. T. 95. p. 411. 216.

nitur, immunitatibus concessis modus vel dies vel alia restrictio additur; quæ omnia veram novationem efficere nemo negaverit. Sequamur itaque ea, quæ in adducta garantix lite Borussia scriptor regefferat, perfectamque contradictionem & limitationes vel restrictiones quascunque priori obligationi additas anteriori pacto detrahere existimemus. *a)* Nec vero minus sequamur eos, qui cautionis gratia vel abolitionem priorum *b)* vel confirmationem eorum *c)* expressè tractatibus inserunt, litesque de ea re tam facile orituras evitant. *d)*

## §. 73.

Quod ad *mutationem contrahentium* pertinet, quoad *stipulantem* quidem promittentis consensum necessarium non arbitror,  
L 3 cum

*a)* Loco not. a. p. 84. alleg. „Nicht V. 2. 149. Traité d'alliance défensive entre Frédéric Guillaume Elektor de Brandenburg & les Prov. Unies 1685. art. 20. Traité d'alliance entre l'Espagne, l'Angleterre, & la France 1721. art. sep. SCHMAUSS. C. I. G. p. 2140. Præsertim vero Traité d'amitié & d'alliance entre le Roi de la Grande Br. & les Etats G. 1689. art. 2.

„allein der gänzliche Widerspruch der neueren Verabredungen entkräftet die vorherigen, sondern diese verlieren ebenfalls ihre Verbindlichkeit, wann die darinn enthaltene Zusätze in den nachherigen Conventionen limitirt und restringirt werden. In solchen Fällen behält die ältere nicht mehr Verbindungskraft, als ihr in der neueren reservirt ist.“

*b)* Cf. Tractat zwischen Großbritannien und Holland, wegen der Garantie der Protestantischen Succession und Barrière d. A. 1713. art. I. SCHMAUSS. C. I. G. P. 2. p. 1288.

*c)* Cf. foedus inter Angliam, Fœderatum Belgium, Daniamque contractum. 1625. art. 15. SCHMAUSS. Staatsw. T. 2. p. 69. Traité de confédération & d'alliance entre Louis XIII. Roi de France & Jaques I. Roi d'Angleterre. 1610. §. I. Du MONT. SCHMAUSS. p. 572.

*d)* Singulare novationis genus est, cum renovatur antiqua conventio secundum copiam ab originali transumptam, ut ea plus, quam primum instrumentum valeat. Cf. K. Philippus in Spanien, Commercentraktat mit den Hansee-Städten de A. 1647. art. I. „Daß die alten Privilegien der Hansestädte — (deren Inhalt unter beyder Theil Gesandten Hand zu Ende dieses Vergleichs angeheset, vor das rechte Original soll gehalten werden) mit diesem sollen confirmirt werden.“ SCHMAUSS. p. 572.



cum cuilibet de jure suo pro arbitrio disponere sit integrum, neque inter jura in res ac in personas differentia adpareat. Ad danda tamen est exceptio in pactis gentium admodum frequens, nisi in pacto contrahentis persona spectata sit. Ita conventiones monetariæ vicinitatem & commercium, fœdera & potentiam & terrarum situm & nexum cum aliis, commerciorum privilegia & industriam gentis & divitias respiciunt, quæ itaque nec in uno nec in altero contrahente transmittenda existimo. Præterea sunt, qui potentiæ exceptionem cessionario moverant, quam vero, cum minus potenti nulla sæpe prosequendi juris via supersit, si ei cessionem ademeris, ad jus civile relegandam crediderim. Sin contra *promittens* obligationis suæ onus imponere alii voluerit, diversa ratio censetur, cum promittentis non sit, de alieno jure disponere, illudque ab uno ad alium transferre. Quam rem & gentium praxis confirmat. Equidem non raro contingit, ut debitorum præsertim translatio ab uno ad alterum fiat, quod de Geldriæ parte, Borussia Regi concessa, de Sueciæ regni provinciis, annexo alieni æris onere distractis, de suscipiendis Silesiæ ducatus oneribus, de aliis quam plurimis notum est. Quæ vero debitorum transmissio cum ita comparata fuerit, ut cellis territoriis onera inhæserint, vel ipsa translatio contradictionem perpessa sit, a) vel certe si in solvendo mora adhibita fuerit, aut detrimentum aliud adparuerit, ad principalem debitorem deventum esse legamus, exempla dicta omnia, tantum abest, ut obfint nostro principio, ut novum potius certitudinis cumulum adjiciant. b)

Pars

a) Mercure hist. A. 1753. T. I. „ peut pas s'en dispenser, & com-  
p. 550. A. 1750. T. I. p. 550. Perill. „ me débiteur original en droit &  
MOSER l. c. T. V. p. 447. „ équité elle doit pouvoir à ce que

b) Mémoire, qui concerne l'exécution du traité de barrière & de la convention 1718. ROUSSER. T. V. „ I. même ou par ceux, à qui S. M. „ I. sans la connoissance & le consentement de l'état a obligé, trans-  
p. 229. „ Puisque sa dite M. I. aiant „ porté, & cédé l'hypothèque spé-  
„ reconnu cette obligation, elle ne „ ciale de cette dette.

## PARS II.

De modis cuius pacto propriis.

## §. 74.

Transimus ad modos solvendi pacta, qui singulis eorum speciebus sunt proprii. Quarum vero numerus cum tantus sit, ut singulas eas percurrere dissertationis academicæ modum excedat, præcipuas tantum easque frequentissimas attingere licebit. Relinquamus autem eas, quæ ex persona contrahentium specialem naturam accipiunt, quo pacta præsertim illustrium Imp. Ordinum referas; soli in iis verlaturi, quas qualitas objecti diversas inter se reddidit. In quo distinctio placet inter *principales tractatus*, actusque, qui *confirmando* tantum primario pacto *accedunt*. Ex *principalium* genere, qui *inter amicos* sanciti sunt, ab iis distinguimus, quos contrahunt, qui *bellum sibi mutuo faciunt*. *Amicorum* denique pacta vel de relatione contrahentium *inter sese* disponunt, vel de ipsorum juribus statuunt, in *tertiam* vel rem vel gentem directis.

## §. 75.

Ordiamur ab *ultimo genere*, unamque modo speciem notemus, *renuntiationes* scilicet, in regnis Europæ, hereditate transmitti solitis, adhibendas. *Introductæ* autem sunt vel ob familiæ legem aut fundamentalem imperii, in masculæ gentis vel definiti succedendi ordinis favore, vel boni Europæ publici gratia, ad æquilibrium præsertim servandum. Ex quo rescissio earum non erit determinatu difficilis. Etenim extincta gente masculina, successione lege sublata, periculo, quod æquilibrio imminet, eliminato, renuntiatio ipsa corruet. Quocirca dux Andegavensis iustissimam causam defendisset, si filiarum Hispaniæ renuntiationes in solo uniendi sub Galliæ Sceptro utriusque regni metu fundatas, omnemque metum hunc occupato Caroli II. throno à Galliæ regis nepote cessasse



fasse ponamus. Enimvero quid dicas, si familiæ lex non quidem plane sublata sit, sed ei ruina à vi majori impendeat? Certe Poloniæ Regem Augustum II. renuntiationem in Caroli VI. hereditatem factam ex dictis impugnasse monumenta publica testantur. a)

### §. 76.

*Prioris generis pacta uno actu complentur, vel repetitis præstationibus consistunt. Quorum illa præsertim solutionis objectum sunt, datoque, quod promissum est, debitorem liberum dimittunt. Præstetur autem, si obligationem velis exsolvere, à temet ipso vel certe nomine tuo creditoris sive cui rem præstari voluerit, id ipsum, quod conventio continet. Nam licet ei solutum sit, cui creditur sit obnoxius, licet creditoris hostis debitum exegerit, solutio tamen alteri facta debitorem non exonerat. Neque æquivalentis præstatio nisi extra ordinem legitimum modum solvendi constituit. At evenit tamen nonnunquam, ut aliud pro alio accipere officium sit, cum quidem id, quod præstandum ex pacto foret, vel publico bono contradiceret, b) vel ob antèrius pactum*

a) Cf. *Kriegsmanifest des Churf. „ zu gleicher Zeit die Clausul ange-*  
*von Sachsen. FABERS St. C. T. 80. p. „ sùgt, wie sie selbige unter der aus-*  
 307. „ *S. M. von Pohlen haben seit des „ drückl. Bedingung gethan haben wol-*  
 „ *K. Absterben vielleicht mehr Mühe als „ len, daß die Pragmatische Sanction*  
 „ *jede andere Potenz angewendet, die „ nach ihrem völligen Inhalt bey Kräf-*  
 „ *Pragmat. Sanction in Kräften zu er- „ ten erhalten würde, widrigenfalls*  
 „ *halten. Sie haben auch den Entschluß „ sie declariren müßten, daß sie in sol-*  
 „ *davon abzugehen nicht eher gefaßt, „ chem Fall sich allein von einer Succes-*  
 „ *als nachdem sie vor schlechter „ son nicht würden ausschließen lassen,*  
 „ *dings unmöglich befunden, das „ die ihnen — ganz und gar zufallen*  
 „ *selbige bestehen könne. „ ibid. T. „ sollte. „*  
 80. p. 307. — „ *Ihre K. M. haben keinen*  
 „ *Anstand genommen, zu declariren, daß*  
 „ *sie der wegen der Oest. Erbfolge re-*  
 „ *gulirten Verfassung — sich fernur zu*  
 „ *conformiren gemeynet wären, — al-*  
 „ *lein dieser declaration haben I. K. M.*  
 b) *Traité d'alliance & de garan-*  
 „ *tie entre l'Empereur des Romains,*  
 „ *l'Imperatrice de Russie & le Roi*  
 „ *de Dannemarck A. 1723. art. 1.º. I.*  
 „ *Rousset Int. Préf. T. II. 767.*

factum perfolvi non posset, vel cum salute promittentis collideret. Sæpissime quoque fit, ut contingente fœderis defensionis casu, cum socius ipse invasionem vel metuat vel jam præsentem excipiat, auxilii mittendi vice vel nummis vel mediatione æquivalens præstetur. Quodsi præterea garantiæ præstatio promittentis vires excedat, vel certe prævidendum sit, adhibitis licet armis plus quam æquivalens fœderatis comparari non posse, parata parte vel pretio servasse fidem debitor videtur. Denique æquivalentis vel potius ejusdem rei solutionem *compensatio* continet, quam vero, cum in gentium jure nihil singulare habeat, nominalle tantum sufficiat.

### §. 77.

Quæ sæpe redeunt obligationes vel plane *continuae* sunt, constituantur præcipue tractatibus *pacis*, vel *neutralitatis* conventionibus, vel *fœderibus* tam offensivis quam ad defensionem mutuam contractis, vel *pactis*, quæ de *auxilio* mittendo, vel de *commerciorum* juribus, vel de *re monetaria*, vel de *repagulo* (Barrière) defendendo ineuntur.

### §. 78.

*Pacis* tractatus, (§. 77.) quatenus de pace tenenda disponunt, cum litem compositam, quæ belli causam præbuerat, ex ipsa juris dispositione pax sequeretur, nil novæ obligationis introducunt. Itaque quæcunque belli noviter inchoandi justitiam concernunt, ad solos gentium mores componenda, nec initi de pace tractatus habenda ratio videtur. Itaque cum jure gentium liceat & ob injuriam propriam & propter amicos sociosque arma capessere: neque eandem normam secuti, redintegrato bello pacem conclusam lædimus, sed ipsa sui vel amicorum læsio justissimam recedendi à pacto causam subministrat. a)

### §. 79.

a) v. *Unggrund des mémoire raisonne* „einen Allirten — contra aggressio-  
 „sonne „dass man aber auch könne für „rem, cum quo est foedus pacis,  
 M „der



## §. 79.

*Neutralitatis* conventionum (§. 77.) duplex genus est. *Alia* inter eos contrahuntur, qui nullam communionem cum bello gerendo habent, & proprie fœdera sunt, ad jura gentium mediarum defendenda. Quorum naturam cum infra explicaverimus, lectorem illuc relegamus. *Alia* cum ipsis belligerantibus vel alterutro vel utroque ineuntur, & jura vel in pace degentium vel eorum, qui arma capeffiverant, restringunt vel determinant. Commune autem est omnibus, ut cum neutralitas exactam æqualitatem supponat, non solum medii principis transgressione tollantur, sed & si altera partium, quæ bellum sibi faciunt, tractatus fines excefferit, eamque media gens continere intra eodem vel nolit vel nequeat, nec alteram amplius conventionis vinculum teneat. Speciatim quod promissum attinet, durante bello nullam armorum litisque agitatz partem ferendi, præsentem belli statum in pacto spectandum esse existimo, quo immutato nescio an obligatio subsistat. a) Nam alterata controversia, translata armorum scena, belligerantium numero mutato, nec idem bellum permanisse censetur. Neque igitur, si vera ponas supposita, reprehendenda sunt, quæ rupto neutralitatis tractatu Siciliarum & Neapolis Rex prætenderat, conventionem nempe, quam bello, ex causa ad ipsum non spectante intra Germaniæ fines exorto, contraxerit, irruptione in Italian facta armisque & in vicinia Neapolis & cum fœderato Hispaniæ Rege collatis, mutato rerum statu corruisse. b)

§. 80.

„der Krieg ex nova causa fœderis Neutralitäts-Punkte, wie solche von I. defenſivi læli über ſich genommen M. dem K. v. Preußen der Stadt Breß-  
 „ werden, ſolches bewähren vernünfti- lau verwilliget. FAB. St. C. P. 88. P.  
 „ ge natürliche Gründe, große Völker- 172. art. 1. „bey jezigen Conjunctionen  
 „ rechtslehrer und berühmte Exempel und ſo lange ſolche dauern werden.“  
 „ geſetzeter Völker.“

a) Quod nonnunquam ſpeciatim Siciles. v. Mémoire pour ſervir à  
 in pactis exprimi exemplo ſunt. l'hiſtoire de l'Europe. T. 2. p. 91.

b) Maniſte du Roi des deux





## §. 80.

Transimus ad *fœdera* in sensu stricto ita nominata, a) (§. 77.) societates b) sc. communi cuidam fini assequendo destinatas. Quarum natura cum infinite variet, pro fine diverso, qui assequendus proponitur: nec modi illas tollendi ex fine ipsarum desumpti figillatim possunt perstringi. At omnes tamen in eo conveniunt, ut sola *communi* utilitate fundentur, eaque vel ex una vel altera parte cessante tanquam evulsa basi subruantur. c) Confirmant id, quæ imperantes Europæ egisse, monumenta rerum gestarum testantur. Simulatque enim confœderatis in bello infauste res cedere adparent, d) simulatque focii status ita commutatur,

M 2

a) Cf. NEYRON de vi fœderum inter gentes, Gœttingæ 1778. Sect. I. cap. 4.

b) Societatis verbum in ipsis monumentis publicis inveniri testantur: Fœdus inter Carolum Emanuelem II. ducem Sabaudia & sex cantones catholicae religionis. 1651. SCHMAUSS. p. 637. „firma pax, amicitia, confœderatio — atque consimilis obligatoria societas servetur.“ *Große Allianz* 1701. art. 13. p. 1756. Traité d'alliance entre S. M. I. & S. M. Brit. 1716. art. 7. p. 1614. fœdus inter Suecorum Reginam & M. Brit. Regem. A. 1719. art. 10. p. 1812. Traité d'alliance entre l'Empereur & les électors de Saxe & de Hannover 1719. art. 14. ROUSSER Int. Prés. T. II. P. I. 360. Fœdus inter S. Cæs. & Cath. Maj. & suam Maj. totius Russiae 1726. art. 9. SCHMAUSS. p. 2027.

c) Cf. Dictionnaire universel des sciences T. III. 406.

d) Conferantur, quæ O. Genera-

les in pace Neomagenfi tractanda proferunt: Actes de la paix de Nimègue T. 2. p. 325. Mémoire de Ms. les députés extraord. de M. les Etatsgén. présenté à S. Excell. le Duc de Villahermosa: „Non obstant que cette „ guerre ait été continuée par plusieurs années & avec des dépenses immenses, les suites en sont si malheureuses, que le Roi de France — n'en veut sortir, que sur les conditions déliivrées à Nimègue aux médiateurs. — Lesquelles conditions considérées en elles mêmes sont effectivement iniques, mais quand L. H. P. font réflexion sur la puissance du Roi de France — ils ont conçu une juste appréhension, que ces conditions — seront encore préférables, vù l'état des affaires, à une continuation de guerre, laquelle ne peut être, selon les apparences que fort funeste.“ De Christierno IV. Danorum Rege, de Elisabetha Regina M. Brit.



tatur, ut ipsi amplius confidere non possis, vel commoda tua cum sociorum utilitate configere videantur, *a)* vel foedera commercii causa contracta votis non respondeant, *b)* relinquere societatem Europæ gentes non dubitant.

### §. 81.

At sunt, quæ observentur in dissolvendis foederibus, regulæ jure gentium præscriptæ. Itaque ut à *societatibus belli* ordiatur, naturæ foederis contrarium est, foederatum aliquem omne ex bello gesto commodum percipere, ceteros vel omni operarum fructu destitui, vel plane vindictæ hostium expositos quæsitis juribus exui. Tractatus inde cum hoste separatim initos, si nec consensu communi, nec in commune commodum contractos, nec socium evidenter pertinacem esse adpareat, pactitiæ fidei vulnus infligere concludimus. Aequali potius lance & lucrum omne & detrimentum distribui inter socios oportet. *c)* Cumque superior

Brit., de Friderico Wilhelmo Brandenburgiæ Electore exempla profant apud NEYRON. I. c. §. 54. Præterea Gallorum Rex Ludovicus XV. cum bello Polonico de throno in thronum regium elevando desperasset, à fine proposito contra promissâ destitit. Ludovicus XIV. armis initio seculi in faulste admodum gestis, derelinquere nepotem, fortunæque cedere cogitavit.

*a)* Huc referendum quod Suecos initio seculi foederatis respondisse testatur LAMB. IV. 269. „que ces promesses n'étoient pas illimitées, mais, fixées à quelque tems, qu'on trouve bon en ces conjonctures de faire expirer.” Accedit, quod de

Batavis constat, qui cum eandem cum Gallo ex bello continuando utilitatem sperare cessassent, soli cum Rege Hispaniæ pacem A. 1648. concluderant.

*b)* Contractis cum Venetorum republica foederibus ob viam ad Indos per Africam detectam renuntiatum fuisse allegat NEYRON. I. c. §. 54.

*c)* Cf. Alliance entre S. M. I. & Cath. Leurs H. P. & l'Evêque d'Osna-brug art. 14. Actes de la paix de Nimègue. P. I. p. 719. 720. „que pas „ une des parties ne pourra passer „ outre à la conclusion de ladite „ paix — sans y comprendre ses autres „ allies — & sans stipuler pour „ lesdits allies les mêmes droits — que „ pour

perior nullus sit, qui gentium controversias dirimat, mutuusque partium consensus iudicii vicem obtineat, congressuum pacis utilitas, ne dicam necessitas, non difficulter adparet.

### §. 82.

Enimvero ipsa tractandæ pacis negotia momentis tribus absolvuntur. Congressum ipsum *præliminaria* antecedunt; sequuntur *sociorum petita, eorumque cum hoste discussio; sigillum legatorumque manus cum ratificatione secuta operi finem imponunt.* Præliminariter de instituenda pace *tractare* separatim quoque socium posse, contracto fœderi non repugnat, *a)* dum fœderatis reliquis tenorem eorum communicet. *b)* Simulatque vero, quæ antecedunt pacis conventum, *discussionem* quoque *præteritorum* contineant, vel *pacta jam contrahenda* sint de instituendo congressu, *c)* communi fœderatorum consensu est opus. In ipso

M 3

pacis

„ pour lui-même — si ce n'est que p. 121. 128. de M. Britannæ Rege V.  
„ les dits alliez en convinssent entre l. c. T. I. p. 197-204.

„ eux autrement sur ce sujet., Ad- b) Immo distinguitur sæpe inter  
de Confédération entre S. M. Cath. majores fœderatorum, eosque, qui  
Leurs H. P. & l'Evêque de Munster. minorum sunt gentium.

art. 8. Alliance entre S. M. C. L. c) De quo pacis Ryfwicenis ne-  
H. P. & S. A. S. le prince Palatin gotia testantur. Actes de la paix  
& le Duc de Neubourg art. 18. 19. de Ryfwick T. I. 201. & 203. Ex-  
ibid. p. 772. 773. trait du registre des résolutions des

a) Quod factum esse in pace Ryfwicenis tractanda. publicata ejus  
acta sufficienter demonstrant. Ita H. & P. Seigneurs les Etats Géné-  
Imperator Augustissimus, Belgarum- raux des Prov. Unies. 30. Sept. 1606.  
que ordines ad Sueciæ aulam de me- „ Faire part à M. les Ministres des  
diatione, propositisque a Galliz Re- „ H. alliez de la déclaration faite  
ge pacis conditionibus separatim tra- „ de la part du Roi de France &  
ctarunt. Actes de la paix de Ryf- „ concerter avec eux, comment &  
wick. T. I. p. 87. 95. 101. 110. 113. „ de quelle manière on acceptera au  
Scripta à solo imperatoris legato de „ plutôt la médiation de la Suède,  
ea re Sueciæ Regi oblata exhibet. „ convenir du lieu & du tems con-  
venables pour une assemblée gé-  
nérale, & enfin régler tout ce, qui  
„ fera



pacis negotio non una via usi sunt, qui bellum commune generali pace componere quæsierant. Nam *alia* est, & ea quidem naturæ societatis conformior, ut duplex ineatur contractus, *unus*, qui inter singula contracti fœderis membra commune luctum ac detrimentum dividit, uniuscujusque socii petita ac facta gravamina excutiens: Cum *alter* fœderatos in corpore respiciat, conjunctim ab omnibus cum hoste & tractandus & contrahendus. *a)* *Alia* via est, cum sociorum unusquisque gravamina sua separatim cum hoste discutit, *b)* quod, nisi mediatoris

„ sera nécessaire pour l'avancement  
 „ de la négociation — ibid. 203. cf.  
 „ déclaration faite au Roi de Suède  
 „ par Ms. le Comte de Staremberg, que  
 „ S. M. I. avoit accepté la médiation  
 „ & donné des ordres à ses ministres  
 „ à la Haye pour la faire accepter aussi  
 „ par les Hauts alliez & dans les formes.  
 „ ibid. p. 128. Quid inter fœderatos  
 „ de inchoando pacis negotio &  
 „ mediatione Sueciæ acceptanda tractatum  
 „ sit, ibidem invenitur. p. 197.  
 „ 204. 218. 224. cui jungendum, quod  
 „ p. 230. legitur: „ Avertissement.  
 „ Après plusieurs conférences faites  
 „ tant à Vienne, & en Suède qu'  
 „ ailleurs, tous les ministres des Hauts  
 „ alliez résolurent au congrès le 4.  
 „ Fevrier. 1697. d'accepter la médiation  
 „ du Roi de Suède — M. le Comte  
 „ de Cauniz premier Ambassadeur  
 „ de S. M. I. offrit le 5. Fevr. la médiation  
 „ à M. le baron de Lilienroot  
 „ au nom de tous les alliez., Idem  
 „ jam Neomagenſi in pace factum, ex  
 „ actis ejus constat. T. I. p. 15.

*a)* Quod confirmat, quæ in tractatibus pacis Gertrudebergæ insti-

tutis A. 1710. gesta sunt, ubi fœderatorum quidem legati Hagæ conveniant, & de pace deliberabant, societatis autem nomine & jussu deputati quidam cum Galliarum Regis ministris Gertrudebergæ conferebant. v. SCHM. *Staatsw.* T. I. 336. In Utrajectensi congressu de duobus hisce tractandi generibus vehementer decertatum legimus, cum Angli pro separata tractatione pugnant, Cæsarei communem defenderent. ibid. 380.

*b)* Ryfwicenis pax iterum exemplo inservit. vid. l. c. T. II. p. 28. Propositions de paix dressées par M. les Ambass. de l'Empereur & présentées aux Médiateurs, 1697. p. 42. de la part de S. A. S. le Duc de Lorraine. idem in Utrajectensi conventu observatum. SCHMAUSS. *St.w.* T. I. 380. Extraordinarium, nec sine consensu socii licitum puto, separatim quoque de pacis conditionibus confederati commoda spectantibus tractare, eumque a congressu arcere. Itaque ægre tulerunt fœderati reliqui contra Lud. XIV. Galliarum & Philippum V. Hispaniarum Reges uniti,

toris officium prætenſiones quascunque in unum colligat, & arbitrer quasi ſit in dividendis ſocietatis fruſtibus, facillima reſcindendæ unionis occaſio hoſtibus præbetur. Concluſio autem, quæ nomine contrahentium ſubſcripto ſigilloque impreſſo ultimam manum congreſſus negotio admovet, ſi ordine omnia procedant, communiter inſtituitur. a) Cum vero prætenſionum diſcuſſio ex fœderatorum diſcordia ſucceſſu sæpe careat, & contrahentium alter nimium feſtinet, alter cunctetur nimium; plerumque ſit, ut ſeparata concluſio operi finem imponat. Qua in re ſocii, quibus cordi eſt fœderato fidem ſervare, ſpeciali articulo eundem pace comprehendunt, & ea, quæ juſta ſibi videntur, ab hoſte communi ſtipulati, niſi hæſitans ſocius intra præfixum tempus conditiones acceptet, deferere fœdus promittunt. b) In ratiſhabitione denique, quæ pacis opus perficit, nulla fœderati ratio facile habenda videtur, vel ipſo factò haberi conſuevit, ſi unicum id exceperim, concluſione ſeparatim facta, ratiſhabitionem nunquam in ſocii gratiam differri.

### §. 83.

In *ceteris fœderibus* admonitionem fœderati de diſſolvenda ſocietate neceſſariam putaverim, ne fretus auxilio alieno eveniente pericu-

---

uniti, quod ſoli Cæſarei, Angli, „ſentement., Alliance entre S. M. Belgarumque miniſtri de pace con- l., L. H. P., S. M. C., & le Duc de cludenda tractaſſent, ſolique A. 1709. Lorraine. „Neuter inſcio atque in- tractatus præliminares ſignaſſent. „vito altero pacem, inducias aut SCHMAUSS. *ibid.* 310. „quamvis conventionem cum hoſte

a) Quo referuntur, quæ toties in pactis confederationum leguntur: „de pace - neutra pars ſine alterius „præſcitu & conſenſu agat, tractet- „ve, nedum concludat, fœdus in- ter Leopoldum & Joan. Caſimirum b) De pace Ryſwicensi jam ſupra mentio injecta. Simile quid in Regem Poloniæ 1657. DUMONT. VI. 2 180. „de ne venir à aucune con- cluſion que d'un commun con- ſentement. „ineat., Ryſwicensem quoque pa- cem a confederatorum principum legatis excepto Cæſareo una eadem- que nocte ſignatam eſſe ex actis ejus editis adparet. P. III. p. 101. „ſtatatur. SCHMAUSS *Staatsw.* T. I. 447.



periculo naufragium faciat. Equidem Europæ imperantes aperta renuntiatione uti non facile solent, sed indirecte tantum discordiam declarant, cum vel communibus consiliis capiendis abstinent, vel alii fœderi contrario manus dant, *a)* vel renovationem contractus recusant, vel alia via amicitiae officia detrectant. Quapropter prudentissimum est, legatos in fœderati aula habere, qui quasvis imperantis inclinationes, quævis regiminis principia explorent, & ex iisdem ad firmitatem vel debilitatem fœderis concludant. Cum autem ea prudentiæ tantum sint, secundum juris regulas fœderati vinculum tamdiu subsistit, donec renuntiatum ei opportuno tempore fuerit. Quod nisi factum sit, eveniente fœderis casu detrectare auxilium ex promittentis arbitrio non amplius dependet. Nec imperantes itaque, nisi expressis verbis contractum fœdus revocaverint, arbitrio solo defectum auxilii excusant, sed vel perfidia alterius vel circumstantiis mutatis vel alia exceptione præstationem omisam defendunt. *b)*

#### §. 84.

Contigua præcedentibus est quæstio de transmittendis in successores fœderibus. In qua re cum quoad pacta in genere prolixior supra fuerim, non repetam semel adducta, & ea tantum proferam, quæ speciali societatis natura nitantur. Per-suasum autem habeo, contractum à præcessore fœdus, neque superstitis socii, nec succedentis respectu valorem suum retinere, sed novam de unione continuanda declarationem requiri. Quod jam ex ante

*a)* Quod illustratur Borussia Regis exemplo, qui fœdus Hannoveræ conclusum cum Gallia Angliæque Regibus iniit, sequenti vero tempore Viennensis fœderis sociis calculum adiecit.

*b)* Viennensis Aula exemplo est. Quæ cum, conventionem à Rege Britannia cum Borussia Rege contracta, emolumento omni ex fœdere cum Anglis sperato exciderat, licet mutato rerum statu aperte discedere justum videatur, nec tamen expresse confœderationi renuntiavit. At indirecte & Gallia Regi ineundum fœdus obtulit, & proprio regnorum periculo prætenso auxilium mittendi obligationem removit.

tea dictis colligendum esse facile adparet. Etenim cum foedera utilitate partium sola aſtimentur, eorumque adeo duratio ex me- ro ſocii arbitrio dependeat; quotiescunque princeps imperio de- cedat, cum voluntate ceſſante, ligamina quoque, quæ ea ſola nituntur, reſcindi non injuſte concluditur. Ex altera parte cum contrahendæ uniones ſingulares in ſocio perfectiones ſupponant, quæ ſoli perſonæ inhærent, in ſuccedentem non facile transmittendæ, quales ſunt belli gerendi pacisve ſtadium, augendorum limitum cupiditas, cum aliis gentibus nexus, ſingularia in admi- niſtranda rep. principia, conjunctio ex ſanguine connubiisve orta, rel. ſuperſitem quoque foederatorum, mutata foederis utilitate, ad perſiſtendum in unione non obligatum crediderim. Conſentit gentium obſervantia per ſecula jam uſitata. Etenim ut præteream, quam priſtina ætas præcipue quocunque mutati principis caſu ſervavit, b) renovandorum foederum conſuetudinem, conſenſum de

a) Cf. NEYRON l. c. Sect. II. c. 2. ronam & rep. Batavam ad mu-  
 b) *Erneuerung des Erbv. zwischen* tuam deſenſionem & communis ſe-  
*Böhmen und Sachſen 1557.* Corps dipl. curitatis conſervationem initorum.  
 T. V. P. 1. p. 6. „ *Nachdem wir uns A.* 1698. Corps dipl. VII. P. 2. p. 439.  
 „ 1546. mit weyland H. Morizen — auch „ Sacra R. M. Sueciæ atque Celli ac  
 „ Ihrer liebden Erben, Erbnehmen und „ Præpotentes D. O. G. reputantes  
 „ Nachkommen einer ewigen Erbei- „ — quantum commodi atque utili-  
 „ nung verglichen haben. — — Nach „ tatis utrique parti acceſſerit ex ſœ-  
 „ dem aber nach dem Willen Gottes — „ deribus, quibus Corona Sueciæ ad  
 „ oberührter Churfürſt ſeeliges „ mutuum deſenſionem — obſtrictæ  
 „ Gächtniß mit Tod abgegangen, als „ fuerant, magni omnino ipſorum  
 „ hat uns S. Liebe nachgelaffener „ intereſſe exiſtimarunt, ut in tam  
 „ Bruder, izeiger Churfürſt — erſi- „ ſalutari neceſſitudine perſeuerent,  
 „ chet, daß wir obangezeigte Erbei- „ ideoque occasione maſſiſſimi deceſſus  
 „ nigung mit S. Liebden — wiederum „ Regiæ M. S. divi parentis Caroli XI.  
 „ freündlich vornehmen. — Erneuer- „ conſultum & pernecellarium duxe-  
 „ te Erbvereinigung zwischen Max. II. „ runt, ad præcedentium omnium  
 „ und Churfürſt Auguſt, und deſſen Vei- „ mutuæ deſenſionis & amicitie ſœ-  
 „ ter, H. Johann Wilhelm zu Sachſen. „ derum renovationem & confirmatio-  
 „ 1571. ibid. 208. Renovatio & confir- „ nem utrinque certos deputatos no-  
 „ matione foederum inter Sueciæ co- „ minare. „



de conservandis præcessorum societatibus generatim certe declaratum sæpissime legimus, a) nec desunt exempla quamplurima, ubi fœderati morte prætexta, extinctum fœdus esse, superstitis vel successores contenderant. b) Quod vel eo procedit, ut etiam si fœdus perpetuo servari sancitur, vel successores generatim in pacto nominentur, nec eo minus extingui morte conventionem existimem. Movet me maxime, quod multa stili sint, neq̄ ad rigorem semper explicanda, quibus & formulas, quæ successorum mentionem faciunt, vel de æterna pacti observantia statuunt, accensendas esse & gentium consuetudo & ipsa pactorum inspectio sufficienter evincit. Etenim renovandorum fœderum mos ad ea quoque extenditur, quæ in æternum vivere & successores tenere à contrahentibus sancitur. c) Quin ipsa quoque pacta, quæ lecto

a) Hodielicet solennes istæ confirmationes in usu esse desierint, consuetum tamen est, generatim certè contractas amicitia ac fœderum obligationes, à præcessore translatas, continuandas declarare cf. litteræ Annæ Reginae ad Belgas fœderatos datæ. 1702. 21. Mars. LAMB. II. p. 85. *Schreiben des K. in Frankreich an die Herrn Staaten, den Tod seines Urneherrn und seine Gelangung zum Thron betreffend.* FABERS St. C. T. 26. p. 782. *Condolenz- und Gratulations-Schreiben an den K. Ludovicum XV. in Frankreich von den löbl. Cantons in der Schweiz.* ibid. 785.

b) Ita Ludovici XIII. Gallorum Regis morte, extinctum quoque fœdus A 1635 contractum Generales Belgii Ordines contenderant. *Histoire des traités de Westphalie* p. 129. FABERS St. C. T. XXVII. p. 500. in verbis: „Als der Freyherr von Friedorff denselben (Borussiae aulam)

„der auf ewig geschlossenen Allianz mit der Krone Schweden erimmerte, hat ihm der Preussische Staatsminister geantwortet: Dafs des jezregierenden K. in Preussen Majestät, so lan ge sie Dero Vorfahren Verträge nicht bekräftiget, an nichts gebunden wären. Quibus adjungam quæ BESOLDUS refert in *Dissert. de jure fœderum* §. 2. „Mauritius, tum adhuc Saxonie principis, cum à Schmalcaldicis confederatis de fœdere interpellaretur, propterea quod Henricus pater pro se filioque minorenni non men fœderi dedisset, respondit: „Se vinculo patris non teneri.„ ADD. NEYRON. l.c. §. 16. GLAHEY l. c. p. 232.

c) Referam huc verba BODINI de rep. L. V. cap. 6. p. 96r. „Perpetuo fœdere atque amicitia conjuncti fuerunt Philippus Valesius Francorum & Alphonus Castulo- rum



fito initio perpetua ac omni ævo mansura credideris, definito annorum numero vel contrahentium vita sub finem instrumenti inclusa invenies. a) Denique quod primum omnium dicendum fuisset, duratio ea perpetua ad ea tantum pertinet, quæ naturalis æquitas & amicitix regulæ præscribunt, cum ceteri conventionis articuli, qui specialia promissa continent, vel certo temporis spatio inclusi, vel definito rerum statui adstricti, vel plane indefinite relicti legantur. b)

## §. 85.

Sunt tamen, quæ excipienda veniunt in libertate foederum rescindendorum, ex ipso partium consensu societatumve natura deducta. Etenim cum juribus, quæ legum beneficio obtinemus, renuntiare nihil impediatur, & imperans in omni obligationum genere, contractibus suis ad publicæ salutis legumque fundamentalium normam initis gentem cum successore devinciat; in dissolvendis foederibus arbitrii libertatem restringere, initasque societates ad successores extendere, c) vel certo temporis spatio

N 2

inclu-

rum Reges A. 1336. nihilominus beth. A. 1572. Corps dipl. ad h. a.  
tamen renovata sunt foedera à Jo- Foedus defensivum Sueciæ & Magnæ  
anne Rege cum Petro Alphonli Britaniæ Regum A. 1720. art. 1. „Sit  
filio A. 1351. ac rursus inter Ca- „ — sincera. & constans in *perpe-*  
rolum V. Joannis filium & Henri- „ *tuum* amicitia, foedus & bona cor-  
cum Castulonem 1369. Tametsi „ respondentia „ art. 20. „durabit  
foedera singula in sempiternam po- „ hoc foedus defensivum *in 18. an-*  
sferitatem contracta fuissent, cujus- „ nos. „  
modi fuerant etiam Scotorum cum b) Spectat huc foedus defensivum  
nostris foedera jam inde à Carolo inter Imperatricem Russiæ & Regem  
sapiente cum Roberto Rege socia- Angliæ 1743. initum. art. 1. p. 21.  
ta. „ Cum quibus conferantur, quæ NEYRON. l. c. p. 51.  
not. b. p. 97. adduxi.

a) v. Traité de confédération & d'alliance entre Charles IX. & Elifa-

c) Alliance défensive entre Charles XI. Roi de Suède & Chretien V. Roi de Dannemarc, 1679. DUMONT. T.



includere cuius licitum puto, Quo ipso vero & contrahentem unionis ante definitum tempus revocandæ libertate se abdicare, & succedentes ipso iure contracto fœdere obligari, nec renovationem necessariam esse iustissime concludimus. Accedit, quod multa sint fœdera ab imperantibus summis inita, quæ singulares præstationes contineant. Quæ quoniam societatis naturam præ se non ferunt, nec normam ejus in revocatione sequuntur. Nec omittendum denique, obligationes eveniente fœderis casu enatas præstationum naturam induere, perpetuoque durantes in succedentes transmitti. Nec itaque succedens concessa socio auxilia durante periculo repetet, nec satisfactionem ob fœdus læsum à præcedente præstandam exsolvere jure recusabit.

### §. 86.

*Auxilii mittendi* (§. 77.) obligationem, sive fœderibus inserta sit, sive separatis pactis constituatur, in casu propriæ defensionis exceptionem admittit & naturali & gentium juri convenit. Cum enim sua cujusque securitas defensionis fœderis finem constituat, simulatque conventio cum sine suo collidit, obligandi vinculum ad tempus vel in perpetuum resolvitur. Præterea sive auxilii mittendi conventio tanquam venditio spectetur, sive obligationem, succurrendi in vafo, natura jam debitam, consensu partium stabilitam cogites, necessitatem propriam utroque respectu excipi, rationi est consentaneum. Consentiant ea, quæ gentes Euro-

---

T. VII. p. 431. „La présente alliance durer le tems & l'espace de dix années consécutives — mais les deux Rois ou leurs successeurs, lesquels y seront obligés aussi fortement, qu'eux mêmes, en feront traiter la continuation une année avant qu'elle vienne à expirer. Præcipue vero huc spectant subjectionis fœdera cum regno majori in tempus perpetuum contracta. cf. Pacta subjectionis Curianæ 1561. SCHMAUSS. C. I. G. 313-1542. SCHMAUSS. C. I. P. ed. 1735. p. 1632.

Europæ in scriptis publicis profitentur. Nec præsens modo bellum, sed imminens quoque invasionis periculum exceptione comprehendi exempla plurima testantur. Jam Carolo V. regnante Schmalcaldicæ ligæ focios, invasione in proprias ditiones ab adversariis facta, deseruisse fœdus tironibus notum est. Sed noviora habemus, quæ recensere è re credimus. Ita Sueciæ Rex a) in bello 1689.; in eo, quod successionis Hispanicæ causa gestum est, Danorum Rex, b) dictique Sueciæ Regis successor c) in septentrionali initio sæculi nostri exorto Britannicæ Regina, d) & Romanorum Imperator, e) in eo quod ortum in Acadia Germaniam ac totam Europam inundavit, viva nunc temporis Augusta, f) eodem fundamento nitentes, auxilium detrectarunt. Accedunt tractatus plurimi, principium idem expressis verbis professi, g) quæque de ea re proferunt celeberrimi è gentium juris docto-

N 3

docto-

a) Rationes erant „quod subin-  
 „ de in vicinia novi ac inexpectati  
 „ orientur motus, quos necdum  
 „ cessare, & nunc quam maxime  
 „ pertimescendos esse in propatulo  
 „ est, periclitante inprimis hoc ipso  
 „ tempore Holfatica re, prout insur-  
 „ gentibus adversus Ser. domum Got-  
 „ torpiensem novis procellis.„ —  
 FABERS St. C. T. I. p. 765. Sacra  
 Regiæ M. declaratio impertita ad me-  
 moriale ablegati Cæs. suppetias con-  
 cernens militares. A. 1695.

b) Lettres du Roi de Dannemarc  
 aux Etats G. A. 1703. LAMB. II. p.  
 304. „Ayant des avis bien surs, que  
 „ nos voisins font des armemens ex-  
 „ traordinaires par mer & par terre,  
 „ sans que nous sachions, en quelle  
 „ vie ils le fassent, ni à qui on en  
 „ voudra.„

c) Quod adparet ex resolutione O.  
 Gener. 1702. Mercure historique  
 P. 2. A. 1702. p. 229.

d) LAMB. V. p. 19. „Que S. M.  
 „ auroit fort à coeur d'y satisfaire  
 „ aussi bien dans le cas présent, que  
 „ dans tout autre, pourvû que S. M.  
 „ fut débarrassée de ses propres en-  
 „ nemis.„

e) Cf. lettre instructive sur les af-  
 faires du Nord. ROUSSEAU. recueil  
 T. III. p. 258.

f) Kriegscanzley T. IV. p. 508.  
 „ Er (der Wiener Hof) könnte nicht  
 „ seine eigene Staaten entblößen, um  
 „ zum Besten eines Allirten eine Diver-  
 „ sion vorzunehmen, da er indessen  
 „ selbst nicht sicher wäre.„

g) Fœdus inter S. M. Cæs. & or-  
 dines generales fœd. Belgii. 1673.  
 art.



doctoribus. a) Enimvero, quæ dicta sunt, non eo plane procedunt, ut superveniens necessitas obligationem omnino extinguat. Etenim reviviscit ea, simulatque periculum cessasse adparet, b) nec redeunte fœderis casu, quem propria defensio succurrere socio impediit, invasus ipse auxilium minori jure implorat. Laudandus præterea videtur, qui Ordinum generalium vestigijs insistens copiarum loco, si sibi ipsi non desit, argento aliove belli adparatu soluto, officio socii satisfacit. c) Denique cum sæpissime exceptio ea injuste adhibita sit, multumque fœderati interfit, prætexta socii indigentia auxilio mittendo privari, cautelæ sane est, statutis gentium expressis verbis derogare. d)

### §. 87.

*Commerciorum fœdera* non uno capite consistunt. Nam & subditorum in alieno territorio degentium ad imperantem civisque habitum & vestigialia solvenda, & merces invehendas & alia deter-

- 
- art. 6. in Actes de la paix de Nimègue. T. I. p. 583. Traité d'alliance entre Charles IX. Roi de France & M. les ligues des Suisses A. 1564. Corps dipl. T. V. p. 130. *Ewiges Unionspactum zwischen dem Erzherzoge Oesterreich und dem Churfürstl. Hause Braunschweig geschlossen.* ibid. T. VII. P. 2. p. 309. Convention entre S. M. la Reine de la Gr. Br. & L. A. Electorales & Sérén. de Brunswig Luneburg pour un secours de dix mille hommes LAMB. II. p. 131. „ En cas, qu'elles soient attaquées „ ou dans un danger évident de l'è- „ tre., Confœderatio Sueciæ Ruf- forumque Imperatricis. A. 1742. art. 6. SCHMAUSS *Staatsw.* T. II. p. 638. a) VATEL. L. III. c. 6. §. 92. J. J. MOSERS *Grundsätze des jetzt üb. Völkerrechts in Friedenszeiten.* 2. Buch, 1. Cap. §. 42. 43. 44. b) V. LAMB. VIII. p. 85r. Memoriale legati Suecici d. 24. Oct. 1714. ad O. Generales „quod proprio bel- „ lo districtis non licuit, auxilia sci- „ licet in pactis Sueciæ debita præ- „ stare, id nunc impedimento illo „ remoto tandem licebit., c) LAMB. I. p. 688. d) Accessio Sueciæ Regis ad fœ- dus Hannoveranum. Art. 1ép. VII. SCHMAUSS. C. I. G. p. 2080.

determinant. Generatim vero quoad commercii rem in duas classes dividuntur: quarum *alia* in genere tantum commercandi libertatem constituunt, *alia* singularia præ ceteris privilegia nationi cuidam vel civitati indulgent. *Illa* imperantis jura in dirigendo commercio, prohibendis mercibus, augendis minuendisque vestigialibus restringere non videntur. a) *Hæc* autem alienationum in modum perpetua sunt, nec revocari à concedente possunt. b) Utrumque genus id commune habet, ut inopia propria eversionem mercium, licet speciatim concessam, suspendat, c) cum naturale commercii sit, ut superflua tantum permutet, adeoque exceptio ea tacite subintelligatur. Quod non in caritate tantum annonæ obtinet, sed & in bello, si merces sint ad bellum gerendum necessariæ. Quid vero de iis dicendum sit, qui incolatum in territorio quodam acquisierant, de eo difficilis est decisio. Ex altera quidem parte indigenatus jura certant, quæ inter cives & externos incolarum jure gaudentes differentiam inferre prohibent, ex altera reipublicæ civiumque necessitas militat, quæ omnem erga extraneos obligationem resolvit. Itaque me iudice  
non

a) Licet itaque concessum Anglis fuerit, cujuscunque generis merces in Sueciæ regnum advehere. *Traité de Stockholm* d. 16. Févr. 1666. restrictiones tamen non exiguas in eo articulo statuere Suecorum Reges non dubitaverunt. MABLY. l. c. T. 2. p. 543.

adimi à concedente posse viderentur. Aliud sentit NEYRON. c. 1.

b) Hinc invenitur sæpissimè clausula expressa, ne quid in statu rerum convento mutetur, SCHMAUSS. p. 1541. §. II. p. 1416. art. sep. inde commerciorum jura in pace componenda cum territoriis cedendis compenfantur, quod nunquam fiet, si quovis salutis publicæ prætextu

c) Consentiant, quæ pacta publica fanciunt. cf. *Capitel zwischen dem Herzogthum Mailand und gemeinen Eidgenossen ausgericht* A. 1522. SCHMAUSS. p. 2431. *Mayländische Capitulation mit den Graubündern*. 1726. §. 8. p. 2050. *Friedensschluß zwischen Schweden und dem Czaar von Rußland zu Neustadt in Finnland*. A. 1721. art. 6. SCHMAUSS. T. II. p. 1851. *Traité de Turin* d. 24. Mais. 1760. art. 19. „Toutesfois hors du cas de propre „nécessité. MABLY. T. III. p. 479.



non facile quidem ad excludendos indigenas procedendum; a) si vero inopia tanta sit, ut cives ipsi fame perirent, necessitas rei publicæ suprema lex habenda videtur.

### §. 88.

*Monetarii tractatus* (§. 77.) cum sola contrahentium communi utilitate nitantur, ad fœderum modum cessante alterius commodo valorem amittunt. Non enim jura quædam alteri ab altero concessa, non servitutes constitutas ejusmodi pactis dixeris, cum nihil aliud contineant, quam declarationem pacificentium, quas normas sequi velint in gubernanda re monetaria. Quæ declaratio cum non obligandi se animo fiat, sed sola ea intentione, ut alter contrahens easdem normas sequatur; pro luitu

a) Cf. Sammlung verschiedener das „ von solchem Verboht ausgenommen, Churbayr. und Oberpfälz. Mauth- und „ und de regula niemals darunter ver- Actiswesen erläuternden Urkunden und „ standen seyn sollen. „ Cf. G. R. d. Actenstücke. 1771. — Ibidemque al- 22. Nov. 1764. Antiquiori tempore legatum Senatus I. aulici conclusum id expediens contraabusum præcipue in causa Ratisbonæ civitatis contra incolatus juris invecum est, ut omnes Ser. Baviaræ electorem „da nun an- exteri sine discrimine excluderentur, „ nebst auch diese Reichsstadt im Chur- at civitatibus, qui eo jure gauderent, „ fürstenthum das Incolatrecht durch „ speciales certæ frumenti quantitatis „ Verträge hergebracht habe, als woll- id expediens contraabusum præcipue vendendæ concessiones darentur. cf. „ ten I. K. Maj. dem H. Churfürsten Generalr. d. 25. Nov. 1698. „ Sollen „ alles Ernstes anbefehlen, daß — die „ unsere Beamte — wann Eslingen und „ Reichsstadt Regenspurg bey ihrem her- „ Reutlingen im Land etwas kaufen „ gebrachtem Incolatrecht ruhig gelassen „ wollen, sie zur Auswirkung sonder- „ werde. „ In pacto Ser. Wirt. Ducis „ barer Patenien an Uns verweisen, „ cum civitate Eslingæ idem expresse „ seynd wir gnedigst geneigt, zum un- „ statuitur „ daß hinführo — wann künf- „ entbehrt. Hausbrauch pro tempore, „ tig aus dieser oder jener Vorsicht das „ und so lang und weit es die Möglicht- „ Commercium ausser Lands verboten „ keit zuläßt, uns willfährig und nach- „ würde, die Stadt Eslingen, ausser — „ barlich zu bezeugen. „ dem äußersten Nothfall, allezeit

bitu quoque & partium commodo revocabilis est, dum alter de voluntate mutata certus reddatur.

§. 89.

Aliter res sese habet, si de repagulo (*Barrière*) conventio initur. (§. 77.) Tametsi enim de defensivis foederibus permulta participet, & tam repaguli quam dominantis territorii securitatem intendat, societatis tamen natura ei non convenit. Etenim repaguli jus cum servitute contineat, & ad unius tantum commodum præcipue tendat, alterius utilitatem accessorie modo post se tracturum, alienum maxime est à qualitate foederis, quod utriusque communi emolumento aspirat. Itaque licet ei, qui jus repaguli concessit, necquicquam periculi ab hoste vicino impendeat, jus tamen alienatum revocari pactitæ fidei repugnat. Sin acquirenti ab eo, quem interposito repagulo arcere finibus intendit, nil amplius metuendum supersit, mutata rerum facie & pacti ratione cessante tractatum ipsum valorem amittere putem. <sup>a)</sup> Qua autem in re cum solum utentis arbitrium spectetur, an jus concessum sibi proficiat; communi tantum consensu conventionem extingui non difficulter concludimus.

§. 90.

Conventionum *cum hostibus* initarum cum ea natura sit, ut violentiam hostilem consensu partium, quæ sibi invicem faciunt bellum

<sup>a)</sup> Quod foederatis Belgis regeſtum „ qu'il en alléguoit, étoit, que la  
est, cum foedus cum Gallia inirent. „ barrière n'avoit été jugée néces-  
A. 1717. d. 4. Jan. „ L'envoyé de „ faire tant en ce dernier tems, que  
„ l'Empereur fit connoître, que par „ depuis qu'on avoit commencée à  
„ ce nouveau traité celui de la bar- „ en parler du tems de Henri IV. „  
rière n'avoit plus lieu. La raison,



bellum determinent, vel circumscribant, aut plane suspendant, in definitis ejusmodi casibus armorum jura renuntiatione quasi cessare, hostique adeo servandam fidem esse inferitur. Enimvero nec ultra statum hostilitatis extendi possunt, quæ eo tanquam basi fundantur, sed jure armorum finito cum fundamento corruunt. Speciatim quod pacta attinet, de *contributionibus* inita, cum comprehendant æquivalens exactionum hostilium, & jura armorum supponant, hostili violentia suspensa indictisque induciis non obligare amplius adparet. a) *Capitulationes*, quoniam de solo possessionis bellicæ statu disponunt, civitate per iteratam expugnationem vel per pacem restituta, aut hosti concessa vi sua destitui perspicuum est. *Inducias* denique, seu breves sint, seu longo tempore circumscriptæ, plerumque certo dierum vel mensium annorumve numero terminari solenne est, nisi indefinite ad pacem concludendam sint initæ. Tum vero si altera pars in pace tractanda morosior sit, resilire alteri ab armistitio contracto permissum crediderim, cum læsa obligatione reciproca unicuique liceat a pacto inito recedere.

### §. 91.

Progredimur ad actus obligatorios, qui *aliis pactis ad confirmationem accedunt*, (§. 74.) juramenta, oppignorationes, contractus obsidum & garantias. Quorum omnium id commune est, ut sortem principalis tractatus sequantur, eoque cessante valorem suum amittant. At sunt nonnulla, quæ speciatim de singulis monenda animum subeunt. *Juramenti* præcipue fuit, ut potestatem ecclesiasticam pontificumque ad secularia extenderet, qui cum,

a) REALS Staatskunst T. V. p. 735. la paix de Nimègue T. III. p. 12.  
 Dictionnaire encyclop. voce Trêve. „ Que les contributions auront leur  
 Nonnunquam tamen contrarium san- „ cours pendant toute la durée de  
 cipi probo ex Projet de la Trêve pré- „ cette cessation par les terres &  
 sente à tous les ambass. par M. le mé- „ pays, qui se sont soumis auxdites  
 diateur Jenkins. A. 1678. Actes de „ contributions par des accords. „



cum, prætextis divinarum legum statutis, de jurejurando judicaverint, arbitrium omne de pacti jurati valore, & dispensandi jus ad se traxere. Quod medio ævo investum, diuturno usu firmatum, nec seculo decimo sexto plane cessavit. Habemus dispensationes à Julio Papa Ferdinando Catholico, *a)* à Leone X. *b)* & Clemente VII. *c)* Francisco I. Gallix Regi impertitas. Extat exemplum Carassæ, apostolicæ sedis legati, qui Gallorum Regem Henricum II. inducis cum Anglo initis solutum declaravit. *d)* Eademque principia & aulam Romanam ejusque inter doctores catholicæ religioni addictos assecclashodierna quoque ætate defendere persuasissimum est. At inter imperantes Europæ summos & inter doctores liberiori cogitandi generi assuetos potestas hæc dispensandi obsoleta est, nec sane esset, ubi exerceretur, si eam vigescere adhuc poneret, cum ipse juramentorum usus rarissimus in gentium pactis adpareat. Unum id ex more antiquo superest, quod in tractatibus juramenti religione firmatis exceptionum, quæ removentur, numero & clausulam insertam reperias, quæ promittentem nec petiturum unquam absolutionem, nec forte petitam ab alio, aut ultro quoque oblatam admitturum pollicetur. *e)*

O 2

§. 92.

*a)* v. Supplément au corps diplom. T. III. P. I. p. 17.

*b)* Négociations secretes touchant la paix de Münster T. I. p. 20.

*c)* GLASEY *Vernunft und Völkerrecht*. p. 466. & ibi Belcar. lib. 18.

*d)* VATEL. L. II. c. 15. §. 223. Glasey. l. c.

*e)* Cf. Renuntiatio Mariæ Antonix Leopoldi Imp. filix, Maximiliano Emanueli Bavarix electori desponsatae. d. 12. April. A. 1785. FABERS St. C. T. 90. p. 215. Renociation de Marie Thérètie infante d'Espagne mariée à Louis XIV. LAMB. l. p.

571. „ Je promes de ne point dé-  
 „ mander dispense de ce serment à  
 „ notre très saint père & au saint  
 „ Siege apostolique, ni à son nonce  
 „ & légat à latere — & que si elle  
 „ venoit à être demandée à mon in-  
 „ stance, ou de quelque personne  
 „ tierce, ou à être octroyée motu  
 „ proprio, je ne m'en usetai point.  
 „ Cessio Monarchix Hispanicæ à Leo-  
 „ poldo & Josepho. 1703. SCHMAUSS.  
 p. 1165-6. Renociation du Roi  
 d'Espagne à la couronne de France.  
 Rouss. Int. Pr. T. II. p. 13. Du Duc  
 d'Orléans à la couronne d'Espagne  
 ibid. p. 23. &c.



## §. 92.

*Oppignoratio* (§. 91.) duobus modis finem fortitur, cum vel soluto debito jus pignoris ad debitorem revertitur, vel acquisitum dominium creditoris & domini jura confundit. Solutum autem videtur, simulatque obligationi concessio pignore firmata factum est satis. Nec obligationes alie retentionem ejus reddunt legitimam. Etenim cum contrahentes soluto debito, quod stipulatione continetur, reddituros sese rem pignori acceptam promittunt; cuicumque ejusdem detentioni ex alia causa præsentis renuntiare censentur. Sin autem territoria ponas, quæ olim sub relictionis pacto parvi vendita, eodem pretio relui velint, accepta tantum reddere sufficiens esse non arbitror. Cum enim territorii cujusdam regimen parva res olim fuerit, maxime momenti regalia, quæ nostra ætate inæstimabilia censentur, noviori tempore accesserint, possessorum Marte sensim sensimque acquisita, eorum omnium pretium antiquæ summæ addendum rectissime creditor contendet. Territoria autem majoraque certe regalia cum nostris Principibus omnibusque, qui jus imperii vere æstiment, pretium omne, præstandum nummis, excedere videantur, nec possessorem reprehendendum existimo, si operam omnem ad conservandum pignus, translatum à majoribus, & ante hominum memoriam possessum, ac elidenda domini jura adhibeat.

## §. 93.

*Dominium autem pignoris* (§. 92.) acquiritur iisdem modis, quibus cujusque alterius rei, quæ alieno juri mancipatur. Præscriptionem, contractus & belli jura intelligo. Domini usum per hominum memoriam omisso jus ipsum extinguere supra jam vidimus. Nec pignoratæ rei dominium singulare sibi quicquam vindicat, cum obsoletis antiqui juris vestigiis in rei nullius modum occupationis velut titulo possidentibus cedit. Si belli jura spectaveris, distinguendum videtur inter pignus in specie dictum, quod

quod creditori est traditum & id, quod hypotheca proprie dicitur, in debitoris possessione remanens. Hypotheca in bello occupata, nec restituta in pace cum omni dominio creditori acquiritur. a) Enimvero aliud in pignore obtinet. Tametsi enim belli jus infinitum sit, & creditori liceat, dimisso jure pignoris dominium vindicare: attamen, uti supra monuimus, restituta pace jus ipsum infinitæ læsionis dirimitur, & jura utriusque reciproca validitate pristina vigent, nisi possessor pignoris deposito publice prioris detentionis animo ex nova expugnationis causa possidere durante bello inceperit, eique pace restituta vel domini consensus accesserit, vel derogatum certè non fuerit. Accedit quartus acquirendi domini modus, oppignorationi proprius, ex bello contractuque mixtus. Cum enim pignoris finis in eo consistat, ut creditori facilius sit, in læsionis casum arreptis lædentium bonis inflicto damnum refarcire, seu ipsa rei traditio secuta fuerit, seu tantum defensionis juri per hypothecam constitutam à debitore renuntiatum sit, eveniente pacti casu creditori licitum arbitror, & pignus occupare, & tantam ejus partem sibi habere, quantam reparando damno sufficere existimaverit. Exceptio unica in pignore deprehenditur, quod constitutum in re fructifera ad mutui contractam accedit. Ibi enim relutionem, nisi præscriptione exclusam, occupata licet re ob moram adhibitam, debitori semper patere, & pignoratitii contractus natura, qui olim in mutuo obtinuit, & plurima pactorum exempla, b) quæ id expresse statuunt, & modi illustrium debita exequendi unanimi voce affirmare videntur.

O 3

§. 94.

a) Exemplum affert Vattel. II, sum permissa. Nec tamen minus cautelæ loco additur: „tamdiu — possidendi, donec summa sepe dicta retraditæ Elbingæ tractatum Schm. „ exsoluta fuerit. Quamprimum vero eadem exsolvatur, — dictum minus solutioni debiti præfixus, hypothecam in securitatem constituta, „ da erunt., add. Pax Travend. Art. occupatio rei obligatæ in moræ ca- separatus III.

b) Unum instar omnium afferam „ fidendi, donec summa sepe dicta retraditæ Elbingæ tractatum Schm. „ exsoluta fuerit. Quamprimum vero eadem exsolvatur, — dictum minus solutioni debiti præfixus, hypothecam in securitatem constituta, „ da erunt., add. Pax Travend. Art. occupatio rei obligatæ in moræ ca- separatus III.



## §. 94.

Si de *obsidibus* quærat, (§. 91.) interesse multum crediderim, utrum vi bellica detineantur, an ex contractu gentis ad confirmandum pactum primarium stipulanti promittantur. *Illorum* eadem plane fors cum ceteris captivis commune esse videtur, eoque ii e captivitate & libertatem recuperant, & obsides esse definunt. *Posteriorum* obligatio non nisi cessante obsidum contractu extinguitur. Qui cum vel principalis pacti valore, vel potestate fundetur, quam contrahens in dandum obsidem exercet, extincto illo, ruptove in obside subjectionis, qua imperanti suo tenetur, vinculo, contractus ipse resolvitur. Hinc quoniam multi sunt, quibus renuntiare nexui, quo patriæ tenentur, est integrum, multique præterea solo officii vinculo obligantur, resignato officio vel nomine militiæ alienæ dato, vel fuga arrepta & domicilio mutato, *a*) vel civitatis jure à detinente principe concessa, vel throno debitoris conscenso *b*) finiri obsidum statum non difficulter inferitur.

## §. 95.

*Garantiæ*, (§. 91.) qua jurium quorundam, pactitorum maxime, defensionem contrahentes in se suscipiunt, duo præfertim genera separanda videntur. Etenim *aliæ* sunt, quæ defensionis societatis partem finemque constituunt, *aliæ* translationem juris continent, quæ revocari nescia est, solamque acquirentis utilitatem intendit. Sic, ut exemplis rem illustrem, Hannoveranum foedus, quodque Belgis cum Rege Angliæ Carolo II. A. 1678., *c*) Gallorumque Rege A. 1662. intercessit, quod denique

*a*) Sin subditus contrahentis per-  
manferit, ac fugam arripuerit, obli-  
gatione obsidis teneri non cessat.  
VATTEL. 2. c. 16. §. 254.

*b*) Ibid. §. 257. PUFFENDORF.  
L. VIII. c. 8. §. 6.

*a*) Art. 4. „en tous leurs droits,  
„ qui se trouveront leur appartenir  
„ par



nique inter Galliae Suecorumque Reges contractum est, garantiæ promissionem continent, quæ sola foederis natura æstimator. At ea contra, quæ Galliae Magnæque Britanniae Reges Danorum Regi promiserant de defendendo Slesvici ducatu, concessionem imitatur, nec promovendæ communis contrahentium salutis, sed pacis tantum restaurandæ causa indulta esse legitur. Quod de Westphalicæ quoque pacis, vel Olivenfis, vel Travendali conclusæ garantiæ dicendum videtur. Quæ inter duo genera id maxime differt, ut garantiæ, quas nominavi secundo loco, cujuslibet concessi juris in modum perpetuam obligationem contineant; quæ primo generi accensentur, pro ea, quæ ipsis inest, societatis natura ex promittentis arbitrio utilitate mutata finem fortiantur.


---

„ par le droit commun, ou être ac- dus inter Carolum XI. & Ord. Ge-  
„ quis par des traités faits ou à fai- neralis pro firma conservatione &  
„ re., SCHMAUSS. C. I. G. p. 1013. garantiæ pacis Neomagenfis immo &  
b) SCHMAUSS *Staatsw.* P. I. p. Monasteriensis contra quoscunque  
109. art. 2. violatores. Du Mont. VII. 2, 15.  
c) SCHMAUSS. C. I. G. p. 787. Tractatus inter Sac. Cæsaream Maje-  
add. Fœdus garantiæ inter Sueciam statem & Reg. Majest. Magnæ Bri-  
& Electorem Brandenburgiæ. SCHM. tanniæ initus Viennæ, An. 1731.  
*Staatsw.* T. II. p. 159. art. 4. 5. Fœ- art. I. SCHMAUSS C. I. G. p. 2492.

FINIS.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

IX. ...  
Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



STUTTGART, Diss., 1775/92


ULB Halle  
007 004 206

3




1018









16 *Handwritten in red ink*

DISSERTATIO IURIDICA  
DE  
MODIS TOLLENDI PACTA INTER GENTES.

←—————→

QVAM  
ANNVENTE  
ACADEMIAE MILITARIS  
STATORE AC PROTECTORE SVMMO,  
SERENISSIMO ATQVE POTENTISSIMO  
DVCE AC DOMINO  
DOMINO  
CAROLO  
DVCE WIRTEMBERGIAE ET TECCIAE  
REGNANTE, rel. rel.

←—————→

Die X. Dec. Anno MDCLXXIX.  
IN ACADEMIA MILITARI  
PVBLICE DEFENDET  
AVCTOR  
CAROLVS EBERHARDVS WAECHTER,  
ordinis Academici minoris Eques.

←—————→

STVTTGARDIAE,  
LITTERIS ERHARDIANIS.

KONFRIED  
UNIVERS.  
ZYHALLÉ

*Handwritten in blue ink: 1779 4*

*Handwritten in blue ink: 6*

*Handwritten in blue ink: P. 167.*

